

COELESTINI II

PONTIFICIS ROMANI

EPISTOLÆ ET PRIVILEGIA.

I.

Privilegium pro ecclesia S. Mariani Eugubina.

(Anno 1143, Oct. 19.)

[UGHELLI, *Italia sacra*, I, 637.]

COELESTINUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis BENEDICTO præposito, ejusque fratribus in ecclesia episcopalis sedis Beati Mariani Eugubinae civitatis Domino famulantibus, tam præsentibus, quam futuris in perpetuum.

Desiderium, quod ad religionis propositum et animarum salutem pertinere monstratur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, delicti in Domino filii, postulationibus vestris clementer impertimur assensum, et ecclesiam B. Mariani, in qua divinis estis obsequiis mancipati, apostolici privilegii pagina communimus, statuentes ut quas-cunque possessiones, quæcunque bona idem locus in præsentiarum canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis in perpetuum et illibata permaneant; in quibus propriis hæc duximus exprimenda vocabulis, plebem scilicet S. Joannis de Civitate, plebem S. Mariæ serrata, plebem de Fisciano, plebem S. Mariæ de Glodiano cum plebe Sancti Donati, et Sancti Viriani, plebem S. Gervasii, curtem de Lavari, cum aliis omnibus ecclesiis, ac bonis prædictæ ecclesiæ pertinentibus, capellam S. Bartholomæi, capellam S. Crucis, capellam S. Verecundi, capellam S. Angeli, capellam S. Georgii, capellam S. Savini, capellam S. Angeli, capellam S. Christophani, capellam S. Salvatoris, capellam S. Mariæ de Mediano, capellam S. Bartholomæi de Castro Venali, capellam S. Mariæ, et capellam S. Georgii de Cortiva, capellam S. Mariæ, capellam S. Margaritæ cum omnibus suis pertinentiis, castrum montis Juliani cum curte sua, castrum Galgate cum curte sua, castrum vallis Marculæ cum curte sua, castrum Alguanir, castrum Agelli. Prohibemus quoque, ut infra antiquos terminos majoris, sive baptismalis Ecclesiæ absque vestra permissione nullus Ecclesiam ædificare præsumat, nec ab hominibus infra eosdem terminos habitantibus decimas, vel oblationes exigat, nec eas ad sepulturam ad alia loca transire compellat, sed, juxta Apostolum, quibus spiritualia seminatis eorum carnalia nullo prohibente metatis: clericos vero, sive laicos libe-

A ros, qui de sæculari habitu converti, et in vestra ecclesia religiose vivere voluerint, recipiendi facultatem liberam vobis concedimus, sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni, et extremæ voluntati, qui se illic sepelli deliberaverint, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat, salvo jure matricis ecclesiæ. Decernimus ergo, etc. Amen.

Locus † sigilli.

Ego Coelestinus Catholicæ Ecclesiæ episc.
Ego Conradus Sabinensis episc.
Ego Stephanus Prænestinus episc.
Ego Gregorius presb. card. tit. S. Callixti.
Ego Thomas presb. card. tit. Vestinæ.
Ego Petrus card. presb. tit. S. Susannæ.
Ego Gregorius diac. card. SS. Sergii et Bacchi.
Ego Otto diaconus card. tit. S. Georgii ad Velum Aureum.

Ego . . . Bald. diac. card. S. Mariæ in Via Lata.
Ego Petrus diac. card. S. Mariæ in Porticu.
Ego Nicolaus diac. S. R. E.

Datum Later. per manum Gerardi S. R. E. presb. card. ac bibliothecarii xiv Kal. Novemb., ind. vii, Incarn. Dom. an. 1143, pontif. vero D. Coelestini papæ anno I.

II.

De sui electione certiores facit Cluniacenses, eorumque preces postulat. Claromontani episcopi culpam iusis condonat.

(Anno 1143, Nov. 6.)

[MANSI, *Concil.*, XXI, 592.]

COELESTINUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis PETRO abbati, et monachis Cluniacens., salutem et apostolicam benedictionem.

Charitatem vestram de statu sanctæ Romanæ Ecclesiæ matris vestræ sollicitam cognoscentes, quæ circa nos acta sunt, vobis significare curavimus. Notum igitur facimus dilectioni vestræ quod Domino nostro bonæ memoriæ papa Innocentio, viii Kal. Octobris defuncto, et in Lateranensi ecclesia cum maxima cleri ac populi Romani frequentia tumultato, cardinales presbyteri et diaconi, una cum fratribus nostris episcopis et subdiaconis, clero ac populo Romano acclamante, partim et expetente, tertio die in ipsa ecclesia unanimi voto et pari consensu, me indignum, et prorsus tanti officii imparum, nescio quo Dei judicio, in Romanum pontificem concorditer elegerunt. Ego autem considerans,

infirmi-
tatem meam ad apostolicæ sedis culmen non posse pertingere, onus hoc malui declinare, ne in pastorali regimine impari administrationis actione succumberem. Sed quia contraire non est Domini disponentis arbitrio, obedienter secutus sum quod misericors de me regentis manus voluerit operari. Dispositioni itaque divini consilii colla submittens, tanto pondere pressum me recognosco, ut non per prophetiæ spiritum, sed per experimentum dicam: Incurvatus sum et humiliatus sum usquequaque (Psal. cxviii). Tanta quippe occupationum onera deprimunt, ut ad superna vix aliquando animus erigatur. Multis causarum fluctibus quatior; et post illa quietis otia, quæ ante hoc officium me recolo habuisse, tantis tumultuose vitæ tempestatibus affligor, ut recte dicam: *Veni in altitudinem maris, et tempestus demersit me* (Psal. lxxviii).

Unde, fratres charissimi (1), per omnipotentem Dominum rogo, ut me sub hoc pastoralis curæ onere lassentem orationum vestrarum intercessionibus adjuvetis, ut ejusdem omnipotentis Dei misericordiam totis nisibus et plenis desideriis imploretis, quatenus mihi inter undas pelagi laboranti majestatis suæ dexteram porrigat, et sic naviculæ suæ præesse concedat, ut ad æternæ quietis portum cum susceptæ navis onere, ipso ducente, perveniam.

Nos autem Cluniacense monasterium tanquam B. Petri proprium, more prædecessorum nostrorum diligere volumus et fovere, et suam ei justitiam conservare.

Quod autem Claromontensis episcopus præterita B. Lucæ festivitate a prædecessore nostro bonæ memoriæ papa Innocentio evocatus non venit, nec canonicam excusationem præterit, pro vestra dilectione ad præsens æquanimitè toleramus.

Datum Laterani viii Idus Novembris.

III.

Ad Alvisum Atrebatensem episcopum. Causam matrimonii cujusdam ad se advocat.

(Anno 1143, Nov. 6.)

[MANSI, *ibid.*, col. 595.]

COELESTINUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri ALVISO Atrebatensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Litteras a tua fraternitate transmissas recepimus, et quod de consanguinitate inter charissimi filii nostri Stephani illustris Bleasensis comitis filium et filiam nobilis viri Theodorici Flandrensensis comitis in eis continebatur diligenter expendimus. Verum quoniam episcopus Gallix in justitia et observatione mandatorum sedis apostolicæ tepidos invenimus, et idem filius noster comes in causa matrimonii R. de Perona omnino inordinate et contra justitiam ab ipsis tractatus est, causam ipsam judicio sedis apostolicæ duximus reservan-

dam. Si vero tu ipse, vel quislibet alius in causa canonice procedere volueritis, proxima Dominica, qua cantatur. *Isti sunt dies*, etc., vos conspectui nostro præsentatis, ut in utriusque partis præsentia causam ipsam diligenter inquirere, et quod canonica æquitas dictaverit exinde statuere valeamus.

Datum Laterani viii Idus Novemb.

IV.

Ad A. præpositum et canonicos Rosatenses.

(Anno 1143, Nov. 6.)

[GIULINI, *Memorie della Hist. di Milano*, t. V, p. 578.]

COELESTINUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis A. præposito, et canonicis de Rosata, salutem et apostolicam benedictionem.

A sede apostolica statutum est, ut religiøsæ personæ de laboribus, quos propriis manibus aut sumptibus excolunt, sive de nutrimentis suorum animalium decimas solvere non cogantur. Quo contra perlatus est clamor ad aures nostras, quod a sanctimonialibus Sanctæ Mariæ de Montano decimas exigitis, et violenter ab eis extorquetis. Quia igitur in his quæ a sede apostolica statuuntur absque sui status periculo nulli licuit deviare, per præsentia vobis scripta præcipimus, quatenus decimas ab eisdem sanctimonialibus exigere nulloatenus præsumatis, sed si quam ibidem justitiam vos habere confiditis, in nostra præsentia ostendatis.

C Datum Laterani viii Idus Novembris.

V.

Privilegium confirmationis ecclesiæ S. Joannis Modoetiensis.

(Anno 1143, Nov. 23.)

[FRIZI, *Memorie stor. di Mouza*, t. II, p. 56.]

COELESTINUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiis UBRANDO Modoetiensi archipresbytero ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris, canonice substituendis, in perpetuum.

Pix postulatio voluntatis effectu debet prosecute compleri, et ut devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitantes assumat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et ecclesiam Beati Joannis de Modoetia in qua divino mancipati estis obsequio ad exemplum prædecessorum nostrorum beatæ memoriæ Calixti et Innocentii Romanorum pontificum sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio comunimus; statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona eadem ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate principum, oblatione fidelium, vel aliis justis modis, largiente Domino, poterit adipisci, firma et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus ex-

(1) Pontifex diceret, *filiis charissimi*. HARD.

primenda vocabulis : ipsam videlicet ecclesiam A Sancti Joannis Baptistæ cum omnibus capellis suis, etc., ecclesiam Sancti Joannis de Varena, Sanctæ Mariæ de Sara, Sancti Petri de Sirone, etc. In Coliate ecclesiam Sancti Carpori, etc., Sanctæ Mariæ de Teneblaco et Sanctæ Mariæ de Sundri ; confirmationem quoque electionis Cremellensis abbatiæ, sicut a venerabili fratre nostro Robaldo Mediolanensi archiepiscopo rationabiliter vobis concessa est et scripto suo firmata. Jus etiam ac rationabiles consuetudines quas in eadem Beati Petri ecclesia de Remella habetis, vobis pariter confirmamus. Sane illa feudorum beneficia quæ venerabilis frater Jordanus Mediolanensis archiepiscopus vestræ ecclesiæ in prænominatis ecclesiis ad communem fratrum sustentationem concessit, vobis vestrisque successoribus auctoritate apostolica confirmamus. Prohibemus autem ut nullus infra parochiam vestram absque vestro assensu ecclesiam vel capellam ædificare præsumat, salva auctoritate Romani pontificis, etc. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem vestræ ecclesiæ justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Cælestinus, Catholicæ Ecclesiæ episcopus, subscripsi.

In circulo :

FIAT PAX IN VIRTUTE TUA ET ABUNDANTIA IN TUR-
RIBUS TUIS.

In monogrammate :

Bene valete.

Ego Conradus Sabinensis episcopus subscripsi.

Ego Otto diac. cardin. Sancti Georgii ad Velum Aureum subscripsi.

Ego Thomas presbyt. cardin. tit. Vestinæ subscripsi.

Ego Stephanus Prænestinus episcopus subscripsi.

Ego Octavianus diac. cardin. Sancti Nicolai in Carcere subscripsi.

Ego Rainerius presb. cardin. tit. Sanctæ Priscæ subscripsi.

Datum Laterani per manum Gerardi sanctæ Romanæ Ecclesiæ presb. card. ac bibliothecarii, ix Kal. Decembris, indict. vii, Incarnat. Dominicæ anno 1143, pontificatus vero domni Cælestini II papæ anno primo.

VI.

Privilegium pro ecclesia Cella Superioris Wirzburgensi.

(Anno 1143, Nov. 24.)

[Hugo, *Annal. Præm.*, I, Pr., p. 385.]

CÆLESTINUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis CONRADO præposito de Cella, ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris, regulariter substituendis, in perpetuum.

Piæ postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, ut et devotionis sinceritas laudabiliter emitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et præfatum locum, in quo divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio commuimus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona in præsentiarum juste et canonice possidetis, aut in futurum concessionem pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poteritis adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, et illibata permaneant. Sancimus autem ut ordo canonicus secundum B. Augustini regulam et fratrum Præmonstratensium institutionem perpetuis ibi temporibus inviolabiliter conservetur. Nulli quoque fratrum post factam professionem, absque præpositi totiusque congregationis permissione, liceat ex eodem claustris discedere ; discedentem vero, absque communium litterarum cautione, nullus audeat retinere. Concambium vero quod de loco, qui *Cella* dicitur, cum Wirzburgensi episcopo a vobis rationabiliter factum est, confirmamus, ut nullus ipsius loci advocatiam sibi usurpare præsumat, apostolica auctoritate interdicimus. Decimam autem de Mosa sicut ab episcopo vobis concessa est, vobis nihilominus confirmamus. Decernimus ergo ut nulli hominum liceat præfatum Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet aliis molestiis fatigare : sed omnia integra conserventur eorum pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco jura sua servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Datum Laterani per manum Gerardi sanctæ Ro-

manæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis ac bibliothecarii, viii Kal. Decembris, indictione vi, Incarnat. Dominicæ anno 1143, pontificatus domni Cœlestini II papæ anno primo.

VII.

Privilegium pro ecclesia majori Augustensi.

(Anno 1143, Nov. 26.)

[*Monumenta Boica*, XXXIII, 1, p. 714.]

CŒLESTINUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis SIGERARO præposito, cæterisque canonicis Augustensis majoris ecclesiæ, tam præsentibus quam futuris canonice substituendis, in perpetuum.

Commissæ nobis apostolicæ sedis auctoritas nos hortatur, ut locis et personis ejus auxilium devotione debita implorantibus tuitionis præsidium impendere debeamus. Quia sicut injusta petentibus nullus est tribuendus effectus, ita legitima et justa poscentium non est differenda petitio. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et beatæ Dei genitricis semperque virginis Mariæ Augustensem ecclesiam in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus; statuantes ut quascunque possessiones, quæcunque in præsentiarum bona juste et canonice possidetis, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Strubingen, Gisenhusen, Aitingen; item Aitingen, Muron, Sigelbach, Gershoven, Lanclwate, Biberbach, Mardingeng, Altheim, Lebezzingen, Ecke, Flinhusen, Regnibolthesoven, Almintingen, Powele vineta in Bozon. Præterea honores ecclesiasticos et quascunque prælationes in ipsa ecclesia rationabiliter hactenus habuistis, vobis nihilominus confirmamus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva episcopi vestri canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularive persona, hæc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultionis subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judi-

cem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Cœlestinus Catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.

Ego Conradus Sabinensis episcopus ss.

Ego Theodewinus Sanctæ Rufinæ episcopus ss.

Ego Stephanus Prænestinus episcopus ss.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi ss.

Ego Otto diaconus cardinalis Sancti Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Hubaldus diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Via Lata ss.

Ego Octavianus diaconus cardinalis Sancti Nicolai in Carcere Tulliano ss.

B Ego Gregorius presbyt. cardinalis tituli Calixti ss.

Ego Thomas presbyter cardinalis tit. Vestinæ ss.

Ego Petrus cardinalis presbyter tit. Sanctæ Susannæ ss

Datum Laterani per manum Gerardi sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis ac bibliothecarii, vi Kalend. Decemb., indictione vii, Incarnationis Dominicæ anno 1143, pontificatus vero domni Cœlestini papæ II anno primo.

VIII.

Privilegium pro monasterio S. Martini Ahusani.

(Anno 1145, Nov. 26.)

[*PETRI, Suevia eccles.*, 91.]

CŒLESTINUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis monachis S. Martini de Ahusen, tam præsentibus quam futuris, regulariter substituendis, in perpetuum, etc.

Desiderium quod ad religionis propositum et animarum salutem pertinere monstratur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilecti in Domino filii, venerabilis fratris nostri Gualteri Augustensis episcopi precibus inclinati, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et præfatam monasterium, quod ab egregiæ recordationis viro Manegoldo palatino comite ejusque filiis, præfato videlicet fratre nostro Gualtero nunc Augustensi episcopo, Adelberto et Odelrico in proprio allodio constructum est, et beato Petro cum omnibus ad ipsum pertinentibus oblatum, sub ejusdem apostolorum principis et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus; statuantes ut quascunque possessiones vel decimas, quæcunque etiam bona idem monasterium in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Concanbium vero quod de loco, in quo ipsum monasterium situm est, cum ecclesia S. Petri de Totingen, ad

eius parochiam pertinebat, utriusque partis assensu rationabiliter factum est, auctoritate apostolica confirmamus. Liceat autem vobis communi consilio advocatum, quem ad defensionem ejusdem monasterii utilem esse noveritis, libere eligere, ipsumque, si inutilis apparuerit, removere, et alium quem utiliore prævideritis substituere. Obeunte vero abbate qui pro tempore ibidem fuerit, nullus quolibet subreptionis astutia vel violentia præponatur, sed liceat vobis communi consilio, vel partis consilii sanioris, secundum Dei timorem et B. Benedicti Regulam, absque ullius contradictione abbatem eligere. Chrisma, oleum sanctum, consecrationes altarium, seu basilicarum, ordinationes monachorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a diocesano suscipiendis episcopo, si quidem Catholicus fuerit, et gratiam atque communionem sedis apostolicæ habuerit, et ea gratis et absque aliqua pravitate vobis voluerit exhibere; alioquin liceat vobis Catholicum quemcumque malueritis adire antistitem, qui vobis nostram auctoritate, quod postulat indulgeat. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut quicumque se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat, salva tamen justitia matricis ecclesiæ. Ad indicium autem hujus a sede apostolica perceptæ libertatis, aureum unum nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvatis. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva diocesani episcopi auctoritate. Si quæ igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini nostri Redemptoris Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Cœlestinus Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Conradus Sabinensis episcopus subscripsi.

Ego Theodewinus Sanctæ Rufinæ episcopus ss.

Ego Stephanus Prænestinus episcopus ss.

Ego presbyter cardinalis tituli S. Calixti ss.

Ego Thomas cardinalis presbyter tituli Vestinæ ss.

Ego Petrus cardinalis presbyter tituli S. Suzzannæ ss.

A Ego Gregorius diaconus cardinalis SS. Sergii et Bacchi subscripsi.

Ego Otto diaconus card. S. Gregorii [S. Georgii] ad Velum Aureum ss.

Ego Hubaldus diacon. card. S. Mariæ in Via Lata ss.

Ego Octavianus diacon. card. S. Nicolai in Carcere Tulliano ss.

Datum Laterani per manum Gerardi sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis et bibliothecarii, sexto Kalendas Decembris, indictione septima, Incarnationis Dominicæ anno millesimo centesimo quadragésimo tertio, pontificatus vero domini Cœlestini II papæ anno primo.

IX.

Privilegium pro monasterio Thenoliensi.

(Anno 1145, Nov. 29.)

[Hugo, *Annal. Præm.*, II, p. 582.]

CŒLESTINUS episcopus, servus servorum Dei, dilectissimo filio WALFRIDO abbati Theloniensis Ecclesiæ ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Desiderium quod ad religionis propositum et animarum salutem pertinere monstratur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et præfatam ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri et nostræ protectione suscipimus et præsentis scripti privilegio communimus; statuentes ut quæcumque possessiones, quæcumque bona eadem ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: locum videlicet ipsum de Thenolio, et totam decimam ejusdem territorii, cum debita libertate.... Sancimus autem ut ordo canonicus secundum B. Augustini regulam et Præmonstratensium fratrum instituta, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur, nulli quoque fratrum post factam in eodem loco professionem absque abbatis totiusque congregationis permissione liceat ex eodem claustro discedere; discedentem vero absque communi litterarum cautione, nullus audeat retinere. Decernimus ergo ut nulli omnino fas sit eandem ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet aliis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione ac gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate

careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Cælestinus, Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Conradus Sabinensis Ecclesiæ episcopus.

Ego Albericus Ostiensis Ecclesiæ episcopus.

Ego Raynerus, presbyter cardinalis Sanctæ Priscæ.

Data Laterani per manum..... sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis et bibliothecarii, tertio Kalendas Decembris, indictione vi, Incarnationis Dominicæ anno 1143.

X.

Privilegium pro ecclesia S. Alexandri Bergomate.
(Anno 1143, Dec. 1.)

[Lupi, *Cod. diplom. Berg.*, II, 1043.]

COELESTINUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis OBERTO præposito et fratribus Sancti Alexandri Pergamensis Ecclesiæ, tam præsentibus quam futuris, canonicè substituendis, in perpetuam memoriam.

Justitiæ et rationis ordo suadet ut qui sua a successoribus desiderant mandata servari decessoris sui voluntatem et statuta custodiant. Eapropter nos qui in regimine sedis apostolicæ prædecessori nostro felicis memoriæ papæ Innocentio, licet indigni, successimus, ipsius voluntatem ac statutum custodire volentes, sententiam, quæ inter vos et canonicos Sancti Vincentii ab ipso promulgata est, confirmamus et ratam manere censemus. Hanc videlicet et quoties canonici Sancti Alexandri in solemnitatibus et exsequiis mortuorum cum canonicis Sancti Vincentii, sive in aliis convenerint, præpositus Sancti Alexandri teneat primum locum in sinistra parte chori; capellani ecclesiarum Sancti Salvatoris, Sanctæ Agathæ, Sancti Joannis, Sanctæ Gratiæ, Sancti Vigili, in Dominicis diebus et præcipuis festivitibus veniant ad ecclesiam Sancti Alexandri ad majores missas. Criminosi de parochia S. Alexandri præsentem præposito vel uno de presbyteris ejusdem Ecclesiæ pœnitentiam suscipiant. Item statuimus ut presbyteri qui jurant fidelitatem Beato Vincentio jurent et Beato Alexandro. Unus quoque de sacerdotibus Sancti Alexandri portet capsam cum reliquiis; in mutatione vero ecclesiæ duo de presbyteris Sancti Alexandri portent archam cum duobus de presbyteris Sancti Vincentii. Ad scrutinia in Cœna Domini ad baptismum et in aliis solemnitatibus more solito conveniant. Cum canonici Sancti Vincentii ad ecclesiam Sancti Alexandri venerint, et in campanis pulsandis et in aliis sicut consuetudo est, honorifice suscipiantur, et totum chorum, sicut consueverunt, obtineant. Præterea quascunq; possessiones, quæcunq; bona

eadem Ecclesia in præsentiarum juste et canonica possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis Deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus hæc duximus propriis exprimenda vocabulis: ecclesias de Licina, de Lentene et Sancti Faustini, de Villa, de Gromole; de Virgil, salva diocæsani episcopi canonica justitia. Concessionem quoque decimarum a bonæ memoriæ Adelberto Pergamensi episcopo ecclesiæ vestræ præposito canonice factam, quemadmodum in scriptis ejusdem episcopi et canonicorum Beatorum martyrum Alexandri et Vincentii continetur, confirmamus, ut eadem decimæ perpetuis fratrum usibus cedant. Porro bonos usus et rationabiles consuetudines a prædecessore nostro piæ recordationis papa Innocentio et Honorio vobis firmatas nos quoque auctoritate apostolica roboramus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat super hac nostra confirmatione Beati Alexandri Bergomensis Ecclesiam de cætero perturbare, aut qualibet occasione jam infringere vel mutare. Sed omnia vobis perpetuum integra conserventur quemadmodum præsentis scripti sanctione instituta esse noscuntur. Si quis autem huic nostræ confirmationi temerario ausu contraire tentaverit, secundo tertiove commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui periculum patiatur atque excommunicationi subjaceat. Amen, amen.

Ego Cælestinus | Catholicæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Ego Conradus Sabinensis episcopus subscripsi.

Ego Theodewinus episcopus S. Rufinæ subscripsi.

Ego Stephanus Prænestinus episcopus subscripsi.

Ego Rainerius presbyter cardinalis tit. Sanctæ Priscæ subscripsi.

Ego Thomas presbyter cardinalis tit. Vestinæ subscripsi.

Ego Hubaldus presbyter cardinalis tit. Sanctæ Praxedis subscripsi.

Ego Petrus card. presb. tit. S. Susannæ subscripsi.

Ego Gregorius diaconus card. Sanctorum Sergii et Bacchi subscripsi.

Ego Otto diac. card. Sancti Georgii ad Velum Aureum subscripsi.

Ego Gerardus diac. card. S. Mariæ in Dominica subscripsi.

Ego Gisilbertus diac. card. S. Romanæ Ecclesiæ subscripsi.

Ego Guido sanctæ Romanæ Ecclesiæ diac. card. subscripsi.

Ego Nicolaus sanctæ Romanæ Ecclesiæ diac. card. subscripsi.

Datum Laterani per manum Gerardi sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis ac bibliothecarii Kalend. Decembris, indictione vi, Incarna-

tionis Dominicæ anno 1143, pontificatus vero A
domni Cœlestini II papæ anno primo.

XI.

G[regorius] episcopum Bergomatem de præcedente
privilegiorum confirmatione certiorum facit.

(Anno 1143, Dec.)

[Lopi, Cod. dipl. Berg., II, 1047.]

CŒLESTINUS episcopus, servus servorum Dei, ve-
nerabili fratri G[REGORIO] Bergomensi episcopo, sa-
lutem et apostolicam benedictionem.

Fraternitati tuæ notum fieri volumus quod sen-
tentiam Beati Vincentii et Alexandri a prædeces-
sore nostro beatæ memoriæ papa Innocentio pro-
mulgata est, sedis apostolicæ auctoritate firmavimus,
unde per præsentia scripta fraternitati tuæ manda-
mus quatenus quod de presbyteris interdictis et
aliis quæ ad observationem hujus sententiæ pertinent
ab eodem prædecessore nostro tibi injunctum est
ut observes et facias observari.

XII.

Privilegium pro monasterio SS. Salvatoris et Qui-
rici.

(Anno 1143, Dec. 5.)

[UGHELLI, Italia sacra, III, 711.]

CŒLESTINUS episcopus, servus servorum Dei, dile-
cto filio ALBERTO abbati monasterii Sancti Salvatoris,
et B. Quirici Populonien. ejusque successoribus regu-
lariter substituendis in perpetuum.

Officii nostri nos hortatur auctoritas, ut religiosas
personas, et loca eorum regimini deputata paternis
affectibus diligamus, et ipsorum quieti salubriter
auxiliante Domino provideri curemus. Proinde,
dilecte in Domino filii Alberte abbas, tuis rationabi-
libus postulationibus clementer annuendum duximus,
et Salvatoris Domini nostri Jesu Christi ac Sancti
Quirici monasterium, cui Deo auctore præesse di-
gnosceris, sub B. Petri tutelam protectionemque
suscipimus, et apostolicæ sedis privilegio communi-
mus, statuentes ut quascunque possessiones, quæ-
cunque bona idem monasterium in præsentiarum
juste et legitime possidet, aut in futurum conces-
sione pontificum, largitione regum vel principum,
oblacione fidelium, seu aliis justis modis præstante
Domino poterit adipisci, firma tibi tuisque succes-
soribus et illibata permaneant. In quibus hæc pro-
priis nominibus duximus annotanda: totam videlicet
terram illam, quæ est acala Sancti Ambrosii usque
ad collem Scultatorii, quemadmodum usque ad hæc
tempora cum silvis, vineis, terris, cultis vel incultis,
pacifice videmini possedisse; montem videlicet civita-
tis destructæ, quæ antiquitus Populonia vocata
est cum omnibus suis appendiciis ibidem consisten-
tibus; ecclesiam Sancti Christophori cum omnibus
suis pertinentiis, quæ in Livellino sita est, ecclesiam
Sancti Blasii, quæ sita est in Laborcone cum om-
nibus suis pertinentiis, in Corsica ecclesiam Sancti
Nicolai in Monario cum omnibus suis pertinentiis,
et ædificiis. Piscina Lifredi, Falcouaia, Franciola,
Castellone cum omnibus suis pertinentiis. Molendj-

PATROL. CLXXIX.

num de Guidalto, la Cosella, Fabricianum, Saline-
Caldanella. Decimas quoque possessionum vestra-
rum, sicut hactenus quiete possidetis, vobis nihilo-
minus confirmamus. Porro ordinationes clericorum,
seu monachorum vestrorum, qui ad sacros ordines
fuerint promovendi, pro libertate, et reverentia
ejusdem loci hoc decreto nostro indulgemus, ut
quem malueritis adeatis antistitem, si quidem Ca-
tholicus fuerit, et gratiam apostolicæ sedis habuerit,
eaque gratis et absque pravitate quod postulatur
indulgeat. Item constituimus ut, obeunte abbate,
non alius ibi, quacunquē obreptionis auctoritate
ordinetur, nisi quem fratres ejusdem cœnobii cum
communi consensu secundum timorem Dei elegerint,
maxime si de eadem congregatione idoneus inventus
B fuerit. Quod si talis qui huic regimini congruat,
inter eos inveniri non possit, aliunde sibi Patrem
et magistrum expectent. Decernimus ergo ut nulli
omnino hominum liceat præfatum monasterium
temere perturbare, aut ejus possessiones auferre,
vel ablatas retinere, aut aliquibus vexationibus fa-
tigare, sed omnia integre cōserventur eorum, pro
quorum gubernatione et sustentatione concessa
sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur,
etc. Amen.

Ego Cœlestinus Ecclesiæ Catholicæ episcopus ss.

Ego Corradus Sabinensis episcopus subscripsi.

Ego Theodewinus Sanctæ Rufinæ episcopus ss.

Ego Albericus Ostiensis episcopus subscripsi.

Ego Gregorius di. c. card. SS. Sergii et Bac-
chi ss.

Ego Otho diac. card. S. Georgii ad Velum Au-
reum ss.

Ego Ubalduſ diac. card. S. Mariæ in Via Lata ss.

Datum Laterani per manum Gerardi S. R. E. car-
dinalis ac bibliothecarii, Non. Decembris, indict. vi,
Incarnationis Dominicæ anno 1143, pontificatus vero
D. Cœlestini II papæ anno 1.

XIII.

Privilegium pro monasterio Præmonstratensi.

(Anno 1143, Dec. 6.)

[Heco, Annal. Præm., I, p. 14.]

CŒLESTINUS episcopus, servus servorum Dei, di-
lectis filiis HUGONI Præmonstratensi abbati, ejusque
D fratribus, tam præsentibus quam futuris, regulariter
substituendis, in perpetuum.

Justis votis assensum præbere et religiosorum
preces benignis auribus exaudire, apostolicæ con-
venit dignitati: nec dubium quod si servorum Dei
petitionibus benigne concurrimus, nostris opportu-
nitatibus clementem Dominum reperimus, ut quem-
admodum divina providentia patres in Dei populo
dicimur, ita etiam effectu prosequente operis salu-
briter præesse fidelibus mereamur. Cum igitur uni-
versis personis ecclesiasticis nos oporteat generaliter
providere, erga illas tamen propensiori cura nos
convenit esse sollicitos, quos constat majori studio
omnipotentis Dei servitio inhiare, et acriori reli-
gione ac morum honestate clarescere. Hoc profecto

intuitu, dilecte in Domino fili Hugo abbas, tuæ devotionis precibus debita benignitate impertimur assensum; et Præmonstratensem Ecclesiam cui, Deo auctore, præesse dignosceris, cum omnibus ad eam pertinentibus præsentis privilegii pagina communimus; statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem venerabilis locus in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, acquirere poterit, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda nominibus: ambitum scilicet ipsius vallis Præmonstratensis, sicut in vestris scriptis continetur, et certis terminis definitur, ab omni videlicet exactione liberum tam terragii, quam decimæ sive census; curiam quoque de Fontenellis, cum vivario et duabus partibus molendinorum subjacentium, cæterisque appendiciis suis: curiam de Penencourt, cum vineis et cæteris appendiciis suis; curtem de Merliu cum vineis suis; curtem de Rose-riis, cum pertinentiis et appendiciis suis; curtem de Vercigny cum appendiciis suis; curtem de Souppy, cum molendinis subjacentibus in flumen quod dicitur Axona, cæterisque appendiciis et pertinentiis suis. Duas partes decimæ de Crepy; tertiam partem decimæ de Chavus. Apud Valavergni decem modios vini de decima ejusdem villæ; decimam cum terragio de Vrevin; et terragia de Concivilla, exceptis duobus modis, quæ inde persolvi debent ecclesiæ Beate Mariæ Nogenti. Vivarium etiam et molendinum juxta eandem villam, sicut hæc ipsa habuerat in suo dominio Ingelrannus filius Thomæ de Marla in prædictis duabus villis: census de Poilly; molendinum de Rochis; molendinum de Proisel, molendinum de Achery, molendinum de Cortun; molendinum de Cenceny; vinagia de Bourguignon; terram de Carenni; duas partes molendini de Aquila, vineas de Broiencourt, Ursignicourt, Brummout, Lizy, Valavrigny, Montarcenne et Montbavin; vineas de Concy-castello et de Coucivilla; vinagia et vineas de Novavilla in Suessionensi episcopatu, in suburbio civitatis, curtem et locum, torcularium et vineas. Apud Pomerias vinagia; census denariorum Branæ castri, et Branellæ villæ; curtem de Bucy, cum vineis cæterisque pertinentiis suis. Molendinum de Rupibus, quod sub eadem villa est; curtem de Clamecy cum torculari, vineis et aliis pertinentiis. Apud Sorny duo torcularia, vineas, et alios redditus; curtem de Tenselva cum pertinentiis suis; curtem de Lully et dimidium molendinum cum cæteris pertinentiis. Apud Bethencourt vinagia et alios redditus; apud Pinon quemdam censum, et tertiam partem minutæ decimæ de atrio et sextam partem cujusdam molendini, et decimam quam Josbertus ibidem habuit. Capellam et curtem de Rosel, cum molendino, vivario, torculari, vineis et omnibus pertinentiis suis. In monte de Trosly curtem unam, et in valle aliam cum terris, vineis,

A et aliis pertinentiis suis, et partem villæ cum suis appendiciis, quam Andræus de Baldimento vobis contulit, sicut eam in dominio suo tenebat: et quedam alia ab aliis Dei fidelibus oblata; curtem de Biucy cum pertinentiis suis; curtem de Attechi et duas partes decimæ, vineas cum cæteris appendiciis. Apud Cauny censum et vinagia; in villa quæ dicitur Pons S. Medardi, quamdam partem decimæ. Apud Margival dimidium molendinum; medietatem castanearum a Vausaillon. In episcopatu Noviomensi altare et curtem de Bonolio cum pertinentiis suis; curtem de Bolmont; curtem de Calveni; allodium de Germainnes; curtem de Montisel, curtem de Thory, curtem de Landricourt; et in suburbio Noviomensi terram, vineas et prata, curtem cum his quæ ad eam pertinent; molendina Despeville, et dimidiam partem decimæ ejusdem villæ; duas partes decimæ Destoily; sextam partem decimæ de Duri; molendina de Osois, et duas partes decimæ ejusdem villæ; tertiam partem decimæ de Greyc; dimidiam sedem cujusdam molendini apud Dinisam et medietatem decimæ ejusdem villæ; duas partes decimæ de sancta Radegunde; duas partes decimæ de Calveni; tertiam partem decimæ de Caullaincourt; duas partes decimæ de Gricourt; tres partes dimidiæ partis decimæ de Leherwes; tertiam partem decimæ de Lancy; decimam de Kivres; terram apud Omencourt; terram de Liencourt, et de Curcy; tria jugera apud Greum; capellam S. Nicolai liberam apud S. Quintinum; curtem allodiorum cum suis appendiciis; curtem de Voiana cum appendiciis; curtem de Hanapiis in allodio cum decima; duas partes decimæ de Bechin-court, duas partes decimæ de Cartigny; totam decimam de Falvi, excepta minuta; quartam partem de Aldeni; molendina de Escauly, cum appendiciis suis; molendina de Hamel; sedes cujusdam molendini apud Pieton. Illud etiam humanitatis ratione perspeximus, et præsentis decreto in perpetuum valituro sancimus, ut sorores quæ per laborem fratris nostri bonæ memoriæ Nordeberti Magdeburgensis archiepiscopi, et vestram exhortationem ad omnipotentis Dei servitium accesserunt, et semetipsas Domino obtulerunt, de bonis ecclesiæ vestræ, quorum non modica pars eidem loco per eas noscitur pervenisse, sine cujusquam contradictione nunc et semper in sustentatione temporalium necessaria consequantur. Simili quoque modo decernimus, ut de laboribus quos propriis manibus sumptibusque colligitis, dare decimas, cuiquam non cogamini; sed nec alicui episcopo liceat qualibet occasione in ecclesia vestra divina officia prohibere. Si vero generale interdictum in diocesi factum fuerit, exclusis excommunicatis et clausis januis nihilominus divina officia celebretis. Porro ordinationes canonicorum, vel consecrationes altarum vel basilicarum seu reliqua ecclesiastica sacramenta a Laudunensi suscipietis episcopo, siquidem Catholicus fuerit, et gratiam atque comunione apo-

stolicæ sedis habuerit; alioquin Catholicum quemcunque malueritis adeatis antistitem, qui nostra fultus auctoritate, quod postulatur indulgeat. Si quis vero nobilium se ibidem sepeliri deliberaverit, ipsius devotioni et extremæ voluntati, nisi forte excommunicatus sit, nullus obsistat, salva justitia matricis ecclesiæ. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si quis autem ausu temerario huic nostræ constitutioni scienter contraire præsumpserit, secundo tertiove commonitus, si non præsumptionem suam congrua emendatione correxerit, excommunicationi subiaceat. Conservantes autem hæc omnipotentis Dei et BB. Petri et Pauli apostolorum ejus gratiam consequantur. Amen, amen.

Ego Cælestinus Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Conradus Sabinensis episcopus.

Ego Leodeninus Sanctæ Rufinæ episcopus.

Ego Thomas presbyter cardinalis, etc., etc.

Datum Laterani per manum Gerardi sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis et bibliothecarii, viii Idus Decembris, indictione vii, Incarnationis Dominicæ anno 1143, pontificatus vero domni Cælestini II papæ anno primo.

XIV.

Archiepiscopus et episcopi præcipit ne annuos abbatum præpositorumque Præmonstratensium conventus impediant.

(Anno 1143, Dec. 6.)

[LEPAIGE, *Biblioth. Præm.*, 422.]

CÆLESTINUS episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus archiepiscopis et episcopis ad quos litteræ ipsæ pervenerint, salutem et apostolicam benedictionem.

Desiderium nostrum est, ut beneplacens Deo religio propagatur, et quæ pro ipsius observantia, rationabili providentia statuta sunt, in sua stabilitate firmentur. Tunc enim noster Deo gratus erit famulatus, si sanctorum locorum salubris institutio, rigor et ordo in religionis fuerint puritate servata. Fratritatem ignorare non credimus, quod fratrum Præmonstratensium ordo per Dei gratiam jam per diversas mundi partes crevit, et eorum bona conversatio et religio ad bene vivendum plurimos incitavit. Unde nos qui in sedis apostolicæ regimine et quamvis indigni, disponente Domino, præsidemus, eosdem fratres, et eorum loca diligere volumus et fovere, et eorum opportunitatibus providere. Pro ipsius ordinis observantia statutum est, ut abbates vel præpositi ipsius ordinis Præmon-

A stratum semel in anno conveniant, ut communi fratrum consilio, quæ in eodem ordine corrigenda sunt corrigantur, et statuenda ad honorem Dei rationabiliter statuatur. Quocirca per præsentia vobis scripta mandamus quatenus eosdem abbates vel præpositos in vestris episcopatibus commorantes ad eundem conventum venire nullatenus prohibeatis. Imo nolentes ire districte cogatis. Illos autem qui ab eodem apostataverint, et de locis ubi professionem fecisse noscuntur, absque prælati totiusque congregationis permissione discesserint, si commoniti redire contempserint, excommunicationis vinculo innodetis, et per parochias vestras excommunicatos denuntietis.

B Datum Laterani per manum Gerardi sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis et bibliothecarii, viii Idus Decembris, indictione x, Incarnationis Dominicæ anno 1143, pontificatus nostri anno primo.

XV.

Ad Arnaldum Narbonensem archiepiscopum et suffraganeos. — Moneant parochianos suos ne Aimonii, Guillelmo Montispessulani domino rebellibus, receptaculum præbeant, alioquin excommunicandos.

(Anno 1143, Dec. 8.)

[Dom BOUQUET, *Recueil*, t. XV, p. 409.]

C CÆLESTINUS episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus A[ARNALDO] Narbonensi archiepiscopo, ejusque suffraganeis, salutem et apostolicam benedictionem.

Dilectus filius noster, Guillelmus de Montepessulano, sicut vos ignorare non credimus, villam suam per Dei gratiam recuperavit, et maxima pars hominum ejusdem villæ ad ipsius fidelitatem rediit. Nunc autem sicut accepimus, quidam proditores ipsius, Aimonii (2) scilicet cum quibusdam complicitibus suis, in vestris episcopatibus commorantes, pacem perturbare et guerram facere machinantur. Quia ergo proditores et pacis violatores ecclesiastica sunt coercendi justitia per præsentia vobis scripta mandamus ut parochianos vestros, ne ipsos contra eundem dominum suum retinere præsumant, districtius moneatis; et si monitis vestris non obtemperare, eosque post commonitionem vestram retinere præsumpserint, in locis ubi recepti fuerint, divina prohibeatis officia celebrari, præter baptismum puerorum et pœnitentiam morientium, parochianos quoque vestros ab eorum auxilio desistere commoneatis, et si contemptores extiterint, eos a liminibus ecclesiæ arceatis.

Datum Laterani vi Idus Decembris.

(2) Aymonii ob id Guillelmo infesti dicebantur, quod aliis non sibi sanguinis communionem devinctis vicariam sui absentis potestatem demandasset; hocque pertinacius insistebant, quo majore procerum,

ldefonsi præsertim Tolosatis comitis et aliorum quorundam magnatum auctoritate fulti videbantur.

XVI.

Ad Hugonem archiepiscopum Taronensem. — Ut responsurus Dolensi antistiti, qui se Aletensi episcopatu spoliatum querebatur, ad sedem apostolicam accedat.

(Anno 1143, Dec. 10.)

[MARTÈNE, *Theſ. Anecd.*, III, 887.]

Prædeceſſor noster bonæ memoriæ papa Innocentius, pro querimonia fratris nostri Dolensis archiepiscopi præterita beati Lucæ festiuitate ad suam præsentiam te inuitauit, ut et de subiectione, quam ab eo exigis, ecclesiæ tuæ iustitiam ostenderes, et de Aletensi episcopatu, quem te detinere asserit, et se sine ratione et iudicio spoliatum esse conqueritur, sibi responderes. Ipse quidem eodem termino nostro se conspectui præsentauit; tu autem nec uenisti, nec excusationem canonicam prætendisti. Quod quamuis graui aduersum te foret animadversione plectendum, ex mansuetudine tamen sedis apostolicæ et fratrum nostrorum qui pro te rogauerunt, precibus idipsum æquanimiter ad præsens tolerantes, per præsentia tibi scripta mandamus, quod proximis Kalendis Maii nostro te conspectui repræsentantes, de prædicta ecclesiæ tuæ subiectione iustitiam ostendere, et de [prædicto] sibi episcopatu respondere paratus.

Datum Lateranis iv Idus Decembris.

XVII.

Ad Guillelmum Montispessulam dominum. — Montispessulani villam ei ab hominibus suis iniuriose ablatam redditam fuisse gratulatur

(Anno 1143, Dec. 10.)

[D. BOUQUET, *Recueil*, XV, 410.]

CŒLESTINUS episcopus, seruus seruorum Dei, dilecto filio GUILIELMO Montispessulani, salutem et apostolicam benedictionem.

Quod uillam Montispessulani ab hominibus tuis tibi iniuriose ablatam per Dei gratiam recuperasti (3) paterno affectu gaudemus, et omnipotenti Domino gratias agimus, utpote quod personam tuam more prædeceſſorum nostrorum diligere uolumus et fovere, et infestatores tuos pro debito nostri officii animadversione debita coercere. Quia ergo, dilecte in Domino filii, non est potestas nisi a Deo, dilectionem tuam monemus et exhortamur in Domino, ut ad eum semper respicias, et populum tibi a Deo commissum ita in iustitia et æquitate regere studeas, ut Deus exinde honoretur, et mater tua sancta Romana Ecclesia de tuis bonis actibus gratuletur.

Datum Laterani vi Idus Decembris.

XVIII.

Ad Petrum abbatem S. Ægidii. — Mandat ut nomine suo primum lapidem ponat in fundamento capellæ quam Guillelmus Montispessulani dominus ædificare disposuerat in castro suo nouo de Montepessulano, acceptaque ipsius capellæ donatione, cen-

(3) Auxilio Genuensium Montispessulani uillam recuperauerat Guillelmus, prout legitur in Annalibus Caffari Genuensibus.

A *sum Romanæ Ecclesiæ quotannis persoluentum constituat.*

(Anno 1143, Dec. 10.)

[D. BOUQUET, *ibid.*]

CŒLESTINUS episcopus, seruus seruorum Dei, dilecto filio P[ETRO] abbati S. Ægidii, salutem et apostolicam benedictionem.

Dilectus filius noster Guillelmus de Montepessulano per nuntios suos significauit nobis quod in castro suo quod apud Montepessulanum nouiter ædificare cœpit ad honorem Dei unam capellam ædificare disponat. Quia ergo uota fidelium nostris studiis prosequenda sunt, per præsentia tibi scripta mandamus quatenus ad locum ipsum accedas, et ipsius loci in quo capella ædificanda est, donationem ad opus sanctæ Romanæ Ecclesiæ recipias, atque censum congruum, sicut expedire cognoueris, nobis nostrisque successoribus annualiter persoluentum ibidem constituas; postmodum uero in eodem loco, ex more designatione facta, primum lapidem auctoritate nostra in fundamento ponas, sollicite providens ut idem Guillelmus clericis qui eidem capellæ seruerint, tantum de bonis suis constituat, ut inde honeste uivere et Deo seruire ualeant.

Datum Laterani iv Idus Decembris.

XIX.

Ecclesiæ S. Mariæ Halberstadensis protectionem suscipit canonicorumque possessiones confirmat.

(Anno 1143, Dec. 23.)

[Exstat in tabulario regio Berolino, teste Jarrt, *Regesta Rom. pont.*, p. 607.]

XX.

Ad archiepiscopum, clerum, et populum Leodiensem. Confirmat latam ab eis excommunicationis sententiam contra infestatores monasterii Stabulensis, hortaturque ut distractiones bonorum a Poppone II factas restitui curent, etc.

(Anno 1143, Dec. 28.)

[MARTÈNE, *Ampl. Collect.*, II, 117.]

CŒLESTINUS episcopus, seruus seruorum Dei, uenerabili fratri AD. (4) episcopo, et dilectis filiis clero et populo Leodiensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Gratum nobis est quia, iuxta Apostolum, alter alterius onera portantes, dilectum filium nostrum Wiboldum Stabulensem abbatem, sicut ipso referente didicimus, et commissum sibi monasterium contra infestatores suos adiuuatis, et in eos tantquam in sacrilegos debite animadversionis sententiam promulgastis. Nos itaque, quorum præcipue interest male acta corrigere et bene gesta firmare, excommunicationis sententiam canonicè in eos promulgatam auctoritate apostolica confirmamus, et ratam manere censemus. De aliis uero qui iurias, majorias et uillicationes, necnon et beneficia quæ a Poppone secundo abbate acceperunt, cujus alie-

(4) Adalberoni hujus nominis II, filio comitis Guedrie, qui ex primicerio Metensi anno 1136 electus est episcopus Leodiensis, præfuitque ad 1146.

nationes et distractiones regum iudicio cassatæ sunt, contra voluntatem abbatis retinent et necdum eidem sententiæ subjacent, vobis mandamus quatenus eos easdem administrationes et bona in manu abbatis libere dimittere districte commoneatis. Quod si contemptores extiterint, anathematis eos vinculo innodetis. Tu vero frater episcope, Henricum de Rupe similiter commoneas, ut domum (5) Erheberti fratris jam dicti abbatis, quam infra treuguan in diebus videlicet sacræ Passionis destruxit, et ea quæ de bonis abbatiæ abstulit cum integritate restituat. Quod si infra xl. dies post tuam commonitionem adimplere neglexerit, canonicam in eum sententiam proferas, et nec iste, nec alii, de quibus supradictum est, absolvantur, donec eidem abbati digne satisfaciant. De presbyteris vero de Longia et Wellin et aliis, qui prefatis excommunicatis, sicut accepimus, communicare præsumunt, justitiam facialis.

Datum Laterani v. Kalend. Januarii.

XXI.

Privilegium Wivaldo abbati concessum. — Monasterium Stabulense sub sedis apostolica protectione suscipit, ac varia illius privilegia et immunitates confirmat.

(Anno 1145, Dec. 50.)

[MARTÈNE, *ibid.*]

CÆLESTINUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis WIVALDO Stabulensi abbati ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum.

Apostolici moderaminis clementiæ convenit religiosos diligere et eorum loca pia protectione munire. Dignum namque et honestati conveniens esse cognoscitur, ut qui ad Ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas et a pravorum hominum nequitia tueamur, et apostolicæ sedis patrocinio foveamus. Eapropter, dilecte in Domino fili Wivalde abbas, tuis justis postulationibus debita benignitate gratum impartientes assensum, Stabulense monasterium, cui, Deo auctore, præesse dignosceris, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus, statuantes ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Malmundarium videlicet, quod sicut ab initio foundationis suæ fuisse dignoscitur, semper subditum sit Stabulensi loco quemadmodum cella monasterio, monachi vero ipsius loci Stabulaus professionem faciant, et ubi abbas providerit benedicantur et ordinentur, nec pro eodem loco Stabulensis abbas, qui pro tempore fuerit, cogatur Coloniensi archiepiscopo obedientiam promittere, vel animarum curam ab ipso sus-

cipere. Castellum quod Longia vocatur, prohibentes quod nullus advocatus ibi aliquid sibi usurpare præsumat, sed in dispositione abbatis omni tempore permaneat; ecclesiam in Sprimont, in Herram, in Turnines, in Hosammont, in Oiseis, in Praisdia, in Aldendhorph, in Amblavia, in Tumbis, in Clotena, villam Germiniacum et duo molendina super fluvium Suppam, villam Turnines, villam Sprimont, Lukesenges, Vilippes, Tavernou, Huseneharch, quam dedit vobis liber homo Godefridus villam Bacen. Ordinationes autem ecclesiarum et decimationes earum, sicut hactenus habuistis, vobis nihilominus confirmamus, statuantes ut in parochialibus ecclesiis quas tenetis nullus episcopus absque abbatis assensu presbyterum collocet, sed, juxta decretum prædecessoris nostri bonæ memoriæ papæ Urbani, episcopi parochiæ curam cum abbatis consensu sacerdoti committant, ut ejusmodi sacerdotes de plebis quidem cura episcopo rationem reddant, abbati vero pro rebus temporalibus ad monasterium pertinentibus debitam subjectionem exhibeant. Prohibemus quoque ut in possessionibus ipsius monasterii nullus joariam, vel majoriam, aut villicationem hæreditario, seu feodi jure per successionem teneant, sed in potestate abbatis sit ordinare, et, cum opportunum cognoverit immutare, securitatem etiam et libertatem in circuitu ipsius monasterii infra leugam, sicut a regibus seu imperatoribus rationabili providentia concessum est, nullus præsumat infringere. Idem vero monasterium tertium advocatum non habeat, sed, juxta antiquam consuetudinem, duos tantum, quorum primus advocatiam cum banno de manu regum vel imperatorum accipiat, alter autem qui de manu primi advocati beneficium acceperit, bannum a regibus vel imperatoribus accipiat, nec liceat eis in possessionibus vel personis monasterio pertinentibus hospitia, placita, precarias, exactiones facere, non palefridos tollere, non freda, non reahibitiones, non consuetudines, quæ mortuæ manus vulgo appellantur, exigere, sed, sicut in scriptis regum vel imperatorum continetur, ad jus et ordinationem abbatis pertineant. Ministeriales autem, cum ad festa monasterii convenerint, nullum servitium aut pastum exigant, nisi quantum abbas rationabiliter eis providerit impendendum. Addentes etiam auctoritate apostolica interdicens ut abbatia ipsa nulli in beneficium vel concambium detur, nec a laico unquam regatur, nec liceat abbati, qui pro tempore fuerit, possessiones vel bona ipsius in feodum vel in pignus alicui dare, nec ullam prorsus commutationem vel quamlibet alienationem absque communi capituli consilio exinde facere. Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia præponatur, sed liceat vobis communi consilio vel partis consilii senioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti Regulam, absque ullius contradictione, abbatem

(5) Is alias dicitur *Erchembertus*.

eligere. Chrisma quidem, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, abbatis benedictionem et monachorum ordinationem, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a diœcesano suscipiatis episcopo, si quidem Catholicus fuerit et gratiam atque communionem sedis apostolicæ habuerit, et ea gratis et absque aliqua pravitare vobis voluerit exhibere; alioquin liceat vobis Catholicum quemcunque malueritis adire antistitem, qui nimirum nostra fultus auctoritate, quod postulatur indulgeat. Porro abbas qui pro tempore eidem loco præfuerit, ad nullius nisi diœcesani episcopi synodum ire cogatur. Presbyteri autem sive clerici, qui in vestris ecclesiis deserviunt, debita et consueta vobis servitia absque ulla contradictione persolvant. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut quicumque se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat, salva tamen justitia matricis ecclesiæ. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione et sustentatione sunt, usibus omnimodis profutura, salva vero sit antiquæ libertatis justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Cœlestinus Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Conradus Sabinensis episcopus.

Ego Theodewinus Sanctæ Rufinæ episcopus.

Ego Albericus Hostiensis episcopus.

Ego Stephanus Prænestinus episcopus.

Ego Guido presbyter cardinalis titulo Sancti Christogoni.

Ego Goizo presbyter cardinalis titulo Sanctæ Cæciliæ.

Ego Thomas presbyter cardinalis titulo Vestinæ.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi.

Ego Gerardus diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Dominica.

Ego Octavianus diaconus cardinalis Sancti Nicolai in Carcere Tulliano.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sancti Angeli.

Datum Laterani per manum Gerardi sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis ac bibliothecæ

A carii, III Kalend. Januarii, indictione VII, Incarnationis Dominicæ anno 1143, pontificatus vero domini Cœlestini secundi papæ anno primo.

XXII.

Privilegium pro ecclesia Aquensi.

(Anno 1143-44.)

[PITTON, *Annales de l'Eglise d'Aix*, p. 130.]

COELESTINUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis BERTRANDO præposito Aquensi ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, canonicè subintrañtibus, etc.

Aquensem Ecclesiam sub B. apostolorum et nostra protectione suscipimus, et quascunque possessiones, et quæcunque bona quæ eadem ecclesia in præsentiarum juste et canonicè possidet, in quibus hæc duximus propriis exprimenda vocabulis: territorium de Ratmont quod Guido archiepiscopus tunc existens præpositus donavit Ecclesiæ vestræ et canonicis Deo ibidem servientibus, et clauditur subjectis terminis, a septentrione strata publica, qua itur ad S. Honoratum (*Saint-Honorat de Roquefavour*), ab oriente rivulo, qui descendit per vallem Massiliensem (*lou Plan d'Aguilles*), et cadit in fluvium qui dicitur Arc; a meridie ab eodem fluvio scilicet Arc, ab occidenti sicut aqua vergit, et dividitur cum territorio Sancti Honorati, etc.

XXIII.

Privilegium pro monasterio Rotensi.

(Anno 1144, Jan. 2.)

[*Monumenta Boica*, I, p. 358.]

COELESTINUS episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus C[ONRADO] Salzburgensi archiepiscopo, HENRICO Ratisponensi et R. Pataviensi episcopis, salutem et apostolicam benedictionem.

Fraternitati vestræ notum esse credimus, quod Rotense monasterium cum omnibus bonis suis, juris beati Petri existit, et ad ejus proprietatem et defensionem specialiter pertinere dignoscitur. Unde tanto propensius ipsum monasterium et fratres inibi Domino servientes juvare et manutenere debemus, quanto specialius eos ad jus sedis apostolicæ pertinere, et sub ejus protectione ac defensione permanere cognoscitis. Quocirca per præsentia vobis scripta mandamus, quatenus præ beati Petri et nostra reverentia dilectum filium B. ejusdem loci abbatem fratres quoque ejus, et eorum loca diligatis, et honoretis, juvetis et manuteneatis, atque a pravorum incursibus defendetis. De parochianis vero vestris, de quibus vobis questi fuerint, occasione remota, plenam eis justitiam faciatis.

Datum Laterani IV Nonas Januarii.

XXIV.

Waltero episcopo Augustano committit tutelam monasterii Rotensis contra viduam comitis Ottonis.

(Anno 1144, Jan. 2.)

[*Monumenta Boica*, I, p. 359.]

COELESTINUS episcopus, servus servorum Dei, ve-

nerabili fratri WALTERO Augustensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Dilectus filius noster Berticus Rotensis monasterii abbas, ad sedem apostolicam veniens in præsentia nostra questus est, quod G. relicta Ottonis comitis et Sigfridus ministerialis tuus quasdam possessiones ad jus monasterii sibi commissi pertinentes violenter auferant, et injuste detineant: et quoniam ipsum monasterium cum omnibus bonis suis juris beati Petri existit, et ad ejus proprietatem et defensionem specialiter pertinere dignoscitur, per præsentia tibi scripta mandamus, quatenus præfatos invasores bona ejusdem monasterii jam dicto abbati et fratribus reddere, et in pace dimittere districtè commoneas. Quod si facere contempserint eos censura coerceas.

Data Laterani iv Nonas Januarii.

XXV.

Ad Folmarum Hirsaugiensem et Adamum Eberacensem, abbates.

(Anno 1144, Jan. 2.)

[Codex Laureshamensis, I, 241.]

CŒLESTINUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis FOLMARO Hirsaugiensi et ADAMO in Ebera abbatibus, salutem et apostolicam benedictionem.

Veniens ad sedem apostolicam Baldemarum abbas Laurishammensis abbatiæ ad quam se regulariter electum fuisse asserbat, et exinde absentem et sine judicio spoliatum esse conquerebatur, restitutionem postulavit. Verum cum venerabilis fratris nostri Theodewini Sanctæ Rufinæ episcopi attestatione et multorum discretorum virorum litteris cognovimus, quod Laurishanum ad discussionem causæ suæ et objectis respondere, noluit interesse, et a regimine abbatiæ Blidensiat, ad ipsam absque Romanæ Ecclesiæ auctoritate translatus fuerat, et illam ad quam illicite transierat, ei abstulimus, et ab altera quam primum habuerat, eum suspendimus. Cæterum cum frater ille, qui in regimine Laurishammensis abbatiæ substitutus est, de crimine simoniæ apud nos est diffamatus, et nos tantum crimen indiscussum præterire non possumus, nec debemus; per præsentia vobis scripta mandamus quatenus si personæ apparuerint, quæ de simonia ipsum canonicè impetant, congruo loco et tempore utraque parte ante vestram evocata præsentiam, causam diligenter audiat, et sine canonico terminetis; alioquin idem frater quinta manu religiosarum personarum de tanto crimine se expurget. Quod autem a vobis exinde factum fuerit, de electione quoque et modo electionis, et utilitate personæ veritatem nobis significare minime differatis, ut tunc veritate plenius cognita, quod ad honorem Dei faciendum fuerit, auctore Domino faciamus.

Datum Laterani iv Nonas Januarii.

XXVI.

Privilegium pro ecclesia S. Sepulcri Hierosolymitana.

(Anno 1144, Jan. 10.)

[ROZIERE, Cartulaire du Saint-Sépulcre, 29.]

CŒLESTINUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis PETRO priori et fratribus Sancti Sepulcri Hierosolymitani, tam præsentibus quam futuris, canonicè substituendis in perpetuum.

Si mansuetudo et liberalitas sanctæ Romanæ Ecclesiæ universis Christianis debet opportuna solatia ministrare, multo magis his qui religiosam vitam ducunt et omnipotenti Domino familiarium adherere videntur, id ipsum convenit impertiri. Quia igitur, dilecti in Domino filii, juxta Regulam beati Augustini, vivere decrevistis, et in loco, ubi steterunt pedes Domini, adorantes, apud gloriosum sepulcrum ejus, in quo triduo corporaliter requievit, et alia sacratissima loca, in quibus Redemptor mundi pro salute nostra vincula, flagella, crucis ignominiam, vulnera mortemque sustinuit, regulariter militatis, majori vos benevolentia et gratia dignos esse censemus, et paternis vos affectionibus volumus confovere. Vestris ergo postulationibus debita benignitate accomodantes assensum, sacrosanciam ecclesiam Sancti Sepulcri, in qua, divinis obsequiis insistentes, passionem Dominicam et victoriosissimæ crucis triumphum assidue oculata fide recolitis, necnon etiam personas vestras sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis pagina communimus, statuente ut quascunque possessiones, quæcunque bona eadem ecclesia in præsentiarum canonicè possidet, quæcunque etiam ab egregiæ memoriæ viris, duce videlicet Godofredo et utroque rege Balduino, Arnulpho quoque et aliis patriarchis, eidem loco justè collata sunt, aut in posterum a patriarchis vel aliis Dei fidelibus rationabiliter conferentur firma vobis et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: medietatem videlicet oblationum Sancti Sepulcri, et omnes oblationes Dominicæ Crucis, necnon et omnes oblationes altarium in ecclesia Sancti Sepulcri existentium, sicut patriarcharum dono vobis rationabiliter donatæ sunt; domos, stationes et furnos omnes civitatis Jerusalem, exceptis duobus, Hospitalis videlicet et ecclesiæ Sanctæ Mariæ Latinæ, sicut dono ducis Godofridi et fratris ejus regis Balduini et aliorum honorum hominum vobis legitime concessa sunt; casalia, quæ possidetis in territorio Jerusalem, Mabumeriam videlicet cum pertinentiis suis, Sabaiet, Cafareab, Calandriam, Armotiam, Ramittam, Beteligel, Bethsuri, Aesens, cum pertinentiis suis; in territorio Ramensi Gith casale cum omnibus pertinentiis suis; in territorio Cæsariensi castellum Feniculi cum pertinentiis suis; in territorio Tyri casale Derina cum pertinentiis suis; ortum, quem habetis inter murum et antemurale civitatis Tyri; ortum et molendina

et alias possessiones, quas habetis infra et circa Antiochiam; ecclesiam Quarantane cum pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Petri Ioppe cum pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Sepulcri in Acon cum terra et domo, quam dedit vobis Lambertus Hals, et aliis pertinentiis suis; in territorio ejusdem civitatis ecclesiam Sanctæ Mariæ de Mimas cum pertinentiis suis; ecclesiam Sanctæ Mariæ in civitate Tyro cum pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Sepulcri in Monte Peregrino cum pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Georgii in montanis cum pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Sepulcri in Brundisio civitate cum pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Sepulcri in Barleto cum pertinentiis suis; ecclesiam quam habetis in Venosa civitate dono Nicholai, ejusdem civitatis episcopi, cum pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Sepulcri juxta Trojam civitatem cum pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Theodori martyris ante portam Beneventanæ civitatis cum pertinentiis suis; castellum Cerret cum pertinentiis suis, quod nobilis vir Albertus, Blandatensis comes, ecclesie Sancti Sepulcri donavit; ecclesiam quam habetis in episcopatu Constantiensi, in villa quæ vocatur de Kendorf. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva apostolicæ sedis et patriarchæ Jerosolymitani reverentia et episcoporum in quorum parochiis ecclesie vestræ sitæ sunt canonica justitia. Si qua in futurum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat; cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Cœlestinus, Catholicæ Ecclesiæ episcopus, subscripsi.

Ego Conradus, Sabinensis episcopus, subscripsi.

Ego Theodevinus Sanctæ Ruffinæ episcopus, subscripsi.

Ego Albericus, Ostiensis episcopus, subscripsi.

Ego Stephanus, Prænestinus episcopus, subscripsi.

Ego Imarus, Tusculanus episcopus, subscripsi.

Ego Gregorius presbyter cardinalis tituli Calixti, subscripsi.

Ego Goizo, presbyter cardinalis tituli Sanctæ Cæcilie, subscripsi.

Ego Hubaldus, presbyter cardinalis tituli Sanctæ Praxedis, subscripsi.

Ego Humbaldus, presbyter cardinalis tituli Sanctorum Joannis et Pauli, subscripsi.

Ego Gregorius, diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi, subscripsi.

Ego Octo, diaconus cardinalis Sancti Georgii ad Velam Auream, subscripsi.

Ego Octavianus, diaconus cardinalis Sancti Nicolai in Carcere Tulliano, subscripsi.

Datum Laterani, per manum Gerardi, sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis ac bibliothecarii, iv Idus Januarii, indictione vii, Incarnationis Dominicæ anno 1144, pontificatus vero domni Cœlestini papæ II anno primo.

XXVII.

Ecclesiæ Lucensis fratribus, Almerici bonæ memoriæ S. R. E. cancellarii et ecclesiæ B. Mariæ Novæ diaconi cardinalis, hæredibus, id privilegii tribuit ut ex eorum numero in posterum deligantur diaconi cardinales ecclesiæ B. Mariæ Novæ.

Anno 1144, Jan. 10.]

[*Bullar. Later.*, 122.]

XXVIII.

Privilegium pro ecclesia S. Sepulcri Hierosolymitani.

(Anno 1144, Jan. 10.)

[*ROZIERE, Cartul. du Saint-Sépulcre*, 27.]

COELESTINUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis PETRO priori et fratribus Sancti Sepulcri Jerosolymitani, tam præsentibus quam futuris, canonicè substituendis in perpetuum.

Quoties in quibusdam conventionibus noster expectatur assensus, ne in dubium veniant quæ geruntur, ratio eas pro securitate partium debet habita solidare. Dilectus siquidem filius noster Fulco, illustris Jerosolymorum rex, et Mileseanis uxor ejus, regina, monasticæ religionis viros aut mulieres in ecclesia Sancti Lazari, quæ in Bethania sita est, stabiliri desiderant, et id tam suis quam venerabilis fratris nostri Guillelmi, patriarchæ Jerosolymitani, necnon archiepiscoporum et episcoporum illius terræ litteris sedis apostolicæ auctoritate roborari suppliciter postulavit. Ideoque nos, quorum præcipue interest justis votis assensum præbere, piis eorum desideriis debita benignitate gratum impertientes assensum, statuimus ut in eadem Beati Lazari ecclesia, juxta jam dicti fratris nostri patriarchæ nec non præfati regis et reginæ petitionem et ordinationem, viri aut mulieres monasticæ professionis ad honorem et servitium Dei statuatur, et ordo monasticus perpetuis ibi temporibus inviolabiliter conservetur. Concambium quoque de casali Thecuz, sicut præfatus rex libere vobis concessit, et de casalibus, quæ ad sustentationem religiosarum personarum in eadem ecclesia ordinandarum vos ei similiter libere concessistis,

quemadmodum inter vos et ipsum regem factum est et scriptis hinc inde firmatum, auctoritate apostolica confirmamus et ratum manere censem. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat; observantibus autem sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Cœlestinus, Catholicæ Ecclesiæ episcopus, subscripsi.

Ego Conradus, Sabinensis episcopus, subscripsi.

Ego Theodovinus, Sanctæ Rufinæ episcopus, subscripsi.

Ego Albericus, Ostiensis episcopus, subscripsi.

Ego Stephanus, Prænestinus episcopus, subscripsi.

Ego Inarus, Tusculanus episcopus, subscripsi.

Ego Gregorius, presbyter cardinalis tituli Calixti, subscripsi.

Ego Goizo, presbyter cardinalis tituli Sanctæ Cæciliæ, subscripsi.

Ego Hubaldus, presbyter cardinalis tituli Sanctæ Praxedis, subscripsi.

Ego Humbaldus, presbyter cardinalis tituli Sanctorum Joannis et Pauli, subscripsi.

Ego Gregorius, diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bachi, subscripsi.

Ego Octo, diaconus cardinalis Sancti Georgii ad Velum Aureum, subscripsi.

Ego Octavianus, diaconus cardinalis Sancti Nicolai in Carcere Tulliano, subscripsi.

Datum Laterani, per manum Geraldii, sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis ac bibliothecarii, iv Idus Januarii, indictione vii, Incarnationis Dominicæ anno 1143, pontificatus vero domini Cœlestini papæ II anno primo.

XXIX.

Ad Petrum priorem et canonicos S. Sepulcri Hierosolymitani. — Ecclesiam illis in urbe Roma concedit.

(Anno 1144, Jan. 12.)

[Rozière, *ibid.*, p. 76.]

CŒLESTINUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis P[ETRO] priori et canonicis Sancti Sepulcri, salutem et apostolicam benedictionem.

Fratres vestros, dilectos videlicet filios nostros L... et G..., cum litteris prædecessori nostro bonæ

A memoria, papæ Innocentio, a fraternitate vestra transmissis debita benignitate suscepimus, et in suis justis postulationibus exaudivimus, utpote qui sanctam Hierosolymitanam Ecclesiam et personas vestras vera in Domino charitate diligimus, et, in quibus secundum Deum possumus, honorare et exaltare volumus. Ideoque pro honestate et religione vestra dignum duximus ut in Romana urbe vobis ecclesiam concedamus, in qua et Domino servatis, et, cum pro negotiis Ecclesiæ vestræ ad curiam veneritis, honestum hospitium habeatis. Vestræ itaque interest, dilecti in Domino filii, ut, quanto gloriosum Domini nostri Jesu Christi Sepulcrum et cætera loca, quæ ipse corporali præsentia sua visitare dignatus est, propius cernitis, tanto in ipsius servitio devotiores existatis, et sic ei per omnia placere studeatis, ut post hujus vitæ transitum sempiternæ retributionis fructum a remuneratore omnium honorum Domino Jesu Christo percipere mereamini. Præfatos vero fratres vestros, qui honeste apud nos conversati sunt, et pro commissis sibi negotiis fideliter laboraverunt, dilectioni vestræ commendamus, rogantes ut pro nostra charitate de charis chariores habeatis. Orantes vos pro nobis gratia divina custodiat, et ab omnibus peccatis absolvat.

Data Laterani ii Idus Januarii.

XXX.

Privilegium pro cœnobia S. Bertini Sithiensis.

(Anno 1144, Jan. 19.)

[Collection des Cartul., III, 314.]

CŒLESTINUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio LEONI, abbati Sancti Bertini, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Justitiæ et rationis ordo suadet ut qui sua desiderat a successoribus mandata servari, prædecessoris sui procal dubio voluntatem et statuta custodiat, Ideoque, dilecte in Domino fili, Leo abbas, decisionem controversiæ, quæ est diutius agitata inter te et dilectum filium nostrum Petrum, Cluniasensem abbatem, pro subjectione, quam idem abbas sibi in tuo monasterio vindicabat, quemadmodum a prædecessore nostro bonæ memoriæ papa Innocentio, nobis quoque et aliis fratribus suis præsentibus et colaudantibus, facta est, et scripti sui munimine roborato, confirmamus et ratam manere censem. Privilegiis itaque Cluniacensium, quæ super hoc se habere ab apostolica sede dicebant, ab eodem prædicto prædecessore nostro, justitia dictante, cassatis, ad exemplar ipsius tam te quam successores ac fratres tuos, seu monasterium Sancti Bertini, ab hujusmodi lite et Cluniacensium subjectione absolvimus; idemque cœnobia libertati propriæ restitutum; salvo jure Tarvanensis Ecclesiæ vel episcopi, sub solius Romanæ Ecclesiæ ditione atque tutela perpetuo manere decernimus, statuentes ut quas-cunque possessiones, quæcunque bona idem locus in-

præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum, liberalitate principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: in Taruanensi parochia, ecclesiam Sanctæ Margarietæ, ecclesiam Sancti Joannis, Sancti Martini, ecclesiam de Harbela, ecclesiam de Peternesse, ecclesiam de Turbessem, sicut antiquitus ab omni episcopali reddito liberat; ecclesiam de Broburg cum capellis suis; duos etiam manipulos decimæ novæ terræ ubicunque accreverit in tota parochia de Broburg, quæ extenditur usque ad terminos vicinarum parochiarum; ecclesiam de Arkes cum eadem villa, ecclesiam de Poperinghem cum eadem villa, ecclesiam de Steenkerke, ecclesiam de Bruscle, ecclesiam de Scales, ecclesiam de Boveringhem cum villis earum, villam de Aldenfort et de Ostrésela et de Rokestor, cum terra quam emit Ecclesia ab Arnulpho de Vuenti, et aliis terris adjacentibus; allodium quod Clarembaldus dedit in villa Eustinghem, ecclesiam de Coeka, ecclesiam de Helcin cum villis earum, et quod ex dono Joannis bonæ memoriæ, Merinensis episcopi, in ecclesia de Valnas possidetis; ecclesiam de Locanes et Acquina, ecclesiam de Hunela cum eadem villa, altare de Merchem, quod venerabilis Joannes episcopus vobis concessit. In Noviomensis parochia, Canetæ curtim, id est Calmunt; in Tornacensi, ecclesiam de Rokeshem, ecclesiam de Elingehem, de Vestkerke, et decimam de Claneskerke; ecclesiam de Hildingehem, ecclesiam de Lisnega, ecclesiam de Snelgekerke, ecclesiam de Erningehem, ecclesiam de Bovenkerke; in Atrebatensi parochia, ecclesiam de Verkin, ecclesiam de Salomes, ecclesiam Hautay; in territorio Furnensi, berquariam quadraginta librarum, quam Carolus dedit pro anima Balduini comitis, et terram de Buri, quam ecclesia vestra in Belvacensi pago possidere cognoscitur; in Coloniensi parochia, ecclesiam de Frekene, ecclesiam de Gildestorp, cum appendiciis earum.

Ex quibus præcipimus ut nulla per episcopos vel eorum ministros exactio quibuslibet occasionibus exigatur, salvis episcoporum annuis redditibus; ecclesiam quoque de Coclers, quam Baldricus, Tornacensis Ecclesiæ episcopus, Lamberto bonæ memoriæ abbati suisque successoribus, ordinandam, una cum altari de Rusleta, omni exactione liberam tribuit, præter decem solidos denariorum, qui, singulis annis, de Rusleta episcopo persolvuntur, totum etiam altari spatium, quod ab omni parte basilicæ vestræ usque ad medium Agnonis fluvii cursum interjacet, cum piscariis Mera et Grath, Mardic et Stranguer, et Laugha, et terris adjacentibus, cultis vel incultis, sicut antiquitus possidetis. Iterum in parochia Taruanensi, ecclesiam de Osclara, ecclesiam de Vuarnestum, ecclesiam sanctæ Mariæ, quæ dicitur Eggafridi capella, ecclesiam de Have-

A skerke. Præfati quoque prædecessoris nostri vestigiis inhaerentes, concordiamque inter Lambertum prædecessorem tuum, dilecte in Domino fili, Leo abbas, et Everardum, filium Odberti de Hekinio, super altari ejusdem villæ et capellis suis, in præsentia Joannis, bonæ memoriæ Morinensis episcopi, et clericorum ejus, rationabiliter facta est, et scripto suo firmata, auctoritate apostolica confirmamus, et præsentis scripti pagina communiemus. Præterea quoque Sancti Martini, et femedir Petri presbyteri, atque sart Alberti, quæ, pro conservanda concordia, eidem Everardo, tantum in vita sua, concessa sunt, idem monasterium absque ullius contradictione, juxta tenorem ipsius concordiæ, de cætero quiete possideat. Stationes autem publicas ab episcopo in eodem fieri monasterio, eundem episcopum frequenter venire, nisi ab abbate et fratribus vocatus fuerit, omnino prohibemus. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci abbate, nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia præponatur, nisi quam fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti Regulam, elegerit. In monasterio quoque Sancti Silvini apud Alciacum, juxta antiquam consuetudinem, de vestra congregatione idonea et religiosa persona semper in abbatem præponatur, eligatur. Statuimus etiam ut, juxta decretum felicis memoriæ Urbani papæ, in parochialibus ecclesiis quas tenetis, episcoporum consilio presbyteros collocetis, quibus episcopi parochiæ curam cum vestro assensu committunt, ut ejusdem sacerdotes de plebis quidem cura rationem reddant; vobis autem pro rebus temporalibus, ad monasterium pertinentibus, debitam subjectionem exhibeant. Sancimus insuper ut infra parochias vestras nullus ecclesiam vel monasterium absque vestro assensu ædificare præsumat, salva nimirum in omnibus apostolicæ sedis auctoritate. Ad indicium autem hujus perceptæ a Romana Ecclesia libertatis, singulis annis unciam auri nobis nostrisque successoribus persolvatis. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat idem monasterium sæpe hac nostra concessione ac confirmatione temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, etc. » Ut supra in privilegio Innocentii, usque in finem.

« Ego Cælestinus, Catholicæ Ecclesiæ episcopus, subscripsi.

« Datum Laterani, per manum Gerardi, sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis ac bibliothecarii, quarto decimo Kal. Februarii, indictione septima, Incarnationis Dominicæ anno 1145, pontificatus vero domni Cælestini secundi papæ anno primo.

FIAT PAX IN VIRTUTE TUA, ET ABUNDANTIA IN TURBIS TUIS.

SANCTUS PETRUS. SANCTUS PAULUS.

XXXI.

Ad Gerholum præpositum Reicherspergensem. — Solatur illum quod multa sustineat ab adversariis, et ut ad se veniat, invitat.

(Anno 1144, Jan. 27.)

[MANSI, *Concil.*, XXI, 593.]

COELESTINUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio GERHOO Richerspergensi præposito, salutem et apostolicam benedictionem.

Super tribulationibus et angustiis, quas pro veritatis et justitiæ assertionem dilecti filii nostri G. diaconi cardinalis attestazione te sustinere accepimus, paterna tibi affectione compatimur, et in quibus secundum Deum possumus, opem tibi et consilium libenter impendimus. In quibus tanto majorem patientiam te oportet habere, quanto certius est tuam industriam easdem persecutiones pro defensione justitiæ sustinere. Scis enim nec novum esse nec insolitum quod, juxta Apostolum, qui volunt pie vivere in Christo, persecutionem patiuntur ab impiis et dissimilibus, quos Dominus in Evangelio consolatur, beatitudinem æternam illis repromittens, *Beati*, inquit, *qui persecutionem patiuntur propter justitiam*. Nos tamen pro debito officii nostri æmulis tuis obviare et censura ecclesiastica eos cohibere volumus. Unde per præsentia tibi scripta mandamus, quatenus proxima Dominica, qua legitur: *Ego sum pastor bonus*, nostro te conspectui repræsentes, ut per te ipsum causa plenius cognita, quieti et tranquillitati tuæ providere, et sicut dilecto filio opportune tibi subvenire valeamus.

XXXII.

Privilegium pro parthenone S. Hilarii.

(Anno 1144, Febr. 8.)

[LAMI, *Deliciae erudit.*, 1757, p. 209.]

COELESTINUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiabus AGNETI abbatissæ monasterii S. Hilarii in episcopatu Festulano siti. . . . ejusque tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Ad hoc universalis Ecclesiæ cura nobis a provisorio omnium bonorum Deo commissa est, ut religiosas diligamus personas, et beneplacentem Deo religionem studeamus modis omnibus propagare; nec enim Deo gratus aliquando famulatus impenditur, si ex charitatis radice procedens, a puritate religionis fuerit conservatus. Eapropter, dilectæ in Domino filiæ, vestris justis postulationibus clementer annuimus et præfatum monasterium, in quo divino mancipatæ estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et præsentis scripti privilegio communimus, statuentes ut omnia castella, prædia, jura, curtes, ecclesiæ, vineæ, terræ cultæ sive incultæ, cum pertinentiis suis, quæcunque etiam idem monasterium in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adi-

A pisci, firma vobis vestrisque successoribus succedentibus et illibata permancant. Ipsum vero monasterium in eodem statu et regimine sanctorum monialium, videlicet feminarum, quotidie in religione proficiens, sicut ab exordio hic. . . . perpetuo manere sancimus. Prædecessoris quoque nostri bonæ memoriæ Alexandri papæ vestigiis inhærentes, integras decimationes de cultis et incultis terris, et cæteris rebus vestris, ad usum pauperum et peregrinorum, apostolica vobis auctoritate concedimus et firmamus. Consecrationes vero altarium seu basilicarum, et clericorum vestrorum ordinationes, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a diocæsano suscipietis episcopo, si quidem Catholicus fuerit, et gratiam atque communionem sedis apostolicæ habuerit, et ea gratis et absque aliqua pravitate vobis voluerit exhibere. Alloquin liceat vobis Catholicum quemcunque malueritis adire antistitem, qui nimirum nostra sultus auctoritate, quod postulatur indulgeat. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur vestris, et aliorum usibus, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, omnimodis profutura, salva nimirum in omnibus sedis apostolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

In circulo :

FIAT PAX IN VIRTUTE TUA, ET ABUNDANTIA IN TURBIBUS TUIS.

In medio circuli :

S. PETRUS, S. PAULUS, COELESTINUS PAPA II.

Ego Cælestinus Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Gibi presbyter cardinalis tit. S. Mariæ in Trans-Tiberim.

Ego Guido presbyter cardinalis tit. S. Laurentii in Damaso.

Ego Octavianus diaconus cardinalis Sancti Nicolai in carcere Tulliano.

Ego Petrus cardinalis presbyter tituli S. Suzzannæ.

Ego Joannes.

Ego Guizzo presbyter cardinalis tituli S. Cecilie.

Ego Thomas presbyter cardinalis Sanctæ Ves- A
tinæ.

Datum Laterani per manum Gerardi S. Romanæ
Ecclesiæ presbyteri cardinalis ac bibliothecarii,
vi Idus Februar., indictione vii, Incarnationis Do-
minicæ anno 1143, pontificatus vero domni Cœ-
lestini II papæ anno primo.

XXXIII.

Privilegium pro monasterio Montis S. Joannis.

(Anno 1144, Febr. 12.)

[MIRÆUS, *Opp. diplom.*, III, 722.]

CŒLESTINUS episcopus, servus servorum Dei,
dilectis filiis (6) GISELBERTO abbati ecclesiæ Montis
S. Joannis, ejusque fratribus tam presentibus quam
futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

Apostolici moderaminis clementiæ convenit reli-
giosos diligere et eorum loca pia protectione unire.
Dignum namque et honestati conveniens esse
cognoscitur, ut qui ad Ecclesiarum regimen assumpti
sumus, eas et a pravorum hominum nequitia tuea-
mur, et apostolicæ sedis patrocinio foveamus.

Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis
postulationibus clementer annuimus, et ecclesiam
Beatorum apostolorum Joannis et Jacobi in qua
divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et
nostra protectione suscipimus, et presentis scripti
privilegio communiimus; statuentes ut quascunque
possessiones, quæcunque bona eadem ecclesia in-
presentiarum juste et canonice possidet, aut in
futurum concessione pontificum, largitione regum
vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis
modis, Deo propitiis, poterit adipisci, firma vobis
vestrisque successoribus, et illibata permaneant,
in quibus hæc propriis duximus exprimenda voca-
bulis: Locum videlicet ipsum, cum tota silva et
terris adjacentibus, sicut a Gualtero Sancti Gereonis
canonico, et fratre ejus Huberto devotionis intuitu
vobis concessa sunt; sancimus etiam, ut de novali-
bus, quas propriis manibus ac sumptibus colitis,
nullus omnino clericus sive laicus a vobis decimas
exigat. Adjicimus etiam ne pro communi interdicto
parochiæ præfata ecclesia a divino vacet officio, sed
potius clausis januis et exclusis excommunicatis et
interdictis, submissa voce divina vobis liceat officia D
celebrare. Prohibemus quoque ut nulli fratrum
post factam ibi professionem, absque abbatis totius-

(6) Anno 1136 Waltherus de Gymmenich decanus
ecclesiæ collegiatæ S. Gereonis coloniæ una cum
fratre suo Huberto fundavit abbatiam Præmonstra-
tensium in monte Sancti Joannis, prope Eyckam
in diocesi Leodiensi, quæ nunc Maseyca, vel Mo-
sacum dicitur. Primi religiosi a B. Andrea primo
Averbodiensium abbate hæc transmissi sunt, con-
stituto primo abbate Giselberto antea priore Aver-
bodii.

Institutionem hanc anno 1143 Cœlestinus II
pont. per bullam jam citatam, et Ludovicus comes
Lossensis anno 1155 (diplom. apud Miræum pag. 700)
confirmarunt. Sed post hunc Giselbertum nullorum
ultra abbatum nomina reperuntur.

Quinimo novella ista plantatio ab ipsis quasi

que congregationis permissione, liceat ex eodem
claustro discedere, discedentem vero absque com-
muni litterarum cautione nullus audeat retinere.
Sepulturam vero ipsius loci liberam esse concedi-
mus, ut quicumque se illic sepeliri deliberaverint,
nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat, ergo
tamen justitia matricis Ecclesiæ. Decernimus salva
ut nulli omnino hominum liceat præfatum ecclesiam
temere perturbare, aut ejus possessiones auferre,
aut ablatas retinere vel minuere, seu quibuslibet
molestiis fatigare, bona vero integra conserventur
eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione
concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva
diocæsani episcopi canonica justitia, et apostolicæ
sedis auctoritate. Ad indicium autem hujus a sede
apostolica perceptæ protectionis, denarium aureum
Coloniensis monetæ, nobis nostrisque successoribus
annis singulis persolvatis. Si qua ergo in futurum
ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ con-
stitutionis paginam sciens, contra eam temere venire
tentaverit, secundo tertiove commonita, si non
satisfactione congrua emendaverit, honoris sui di-
gnitate careat, reamque se divino judicio existere
de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sanctissimo
corpore et sanguine Dei ac Domini nostri Jesu Christi
aliena fiat, atque in extremo examine districtæ
ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa
servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, et
apud districtum judicem præmia æternæ pacis in-
veniant. Amen.

C Cœlestinus papa secundus.

Ego Amædeus Sabinensis episcopus.

Ego Theodoricus S. Rufinæ episcopus.

Ego Albericus Ostiensis episcopus.

Ego Imarus Tusculanus episcopus.

Ego Petrus Albanensis episcopus.

Ego Guido cardinal. presbyter titulo S. Chryso-
goni.

Ego Petrus cardinalis presbyter titulo Sanctæ Su-
sannæ.

Aubertus presbyter cardinalis titulo Sanctæ An-
stasiæ.

Datum Laterani per manum Gerardi sanctæ Ro-
monæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis, ac bibliothe-
carii, vi Idus Februarii, indict. vii, Incarnationis
Dominicæ anno 1143, pontificatus domni Cœlestini II
anno primo.

in cunabulis mire malevolorum patuit vexis et incur-
sibus. Nam ante annum 1162 diruta fuit atque
exusta per Sigerum fundatoris cognatum; uti con-
stat ex sequenti diplomate Henrici Leodiensis epi-
scopi. Ac postremo rursus exusta circa annum
1226, plane perit, abbate cum religiosis suis Aver-
bodium reverso.

Visuntur adhuc aliqua hujus abbatæ rudera, item
sacellam S. Joannis Baptistæ ex ejus ruinis ædifi-
catum. De bonis vero nihil restat nisi villa cum ali-
quot terræ bonariis.

Diplomata hæc benigne communicavit Rev. Adm.
dominus Braunman, abbatæ Averbodiensis cano-
nicus, ac quondam collegii Præmonstratensium
Lovanii præses.

XXXIV.

Privilegium pro monasterio S. Salvatoris de Florentia.

(Anno 1144, Febr. 15.)

[MITTARELLI, *Annal. Camaldul.*, III, 281.]

Cælestinus papa II recipit sub sua et beati Petri protectione monasterium Sancti Salvatoris juxta Florentiam, ut idem monasterium, quascunque possessiones vel bona habet, vel est in perpetuum habiturum concessione pontificum, largitione regum vel principum, seu oblatione fidelium, vel aliis justis modis auctoritate papali possideat illibata. Quædam autem bona propriis nominibus exprimenda decrevit, videlicet decimas quas quadraginta annis idem monasterium inconcussa possedit; item jus, quod habet in ecclesia Sancti Christophori; item quod habeat liberam sepulturam eorum qui, devotione vel extrema voluntate, se illi eligerint sepeliri, matricis ecclesiæ justitia salva. Subscripserunt omnes cardinales.

Datum Laterani anno Domini 1143, xv Kal. Martii, pontificatus ejus anno 1.

XXXV.

Ad clerum populumque Pratensem.— Ut A[ttoni] episcopo Pistoriensi obediant.

(Anno 1144, Febr. 17.)

[ZACHARIA, *Anecdota medii ævi*, 212.]

CÆLESTINUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis clero et populo Pratensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Manifestum est quoniam obedientia omnium virtutum stabilitas est et fundamentum, qua infidelis quis esse convincitur, etiamsi fidelis esse videatur. Quocirca per apostolica vobis scripta mandamus quatenus venerabili fratri nostro A. Pistoriensi episcopo, discreto siquidem et religioso viro, tanquam proprio pastori, et animarum vestrarum episcopo absque ulla contradictione debitam obedientiam, et reverentiam humiliter deferatis; de possessionibus vero, et pensionibus Ecclesiæ suæ nullam ei injuriam faciatis, nec ab aliis fieri permittatis.

Datum Laterani xiii Kal. Martii.

XXXVI.

Privilegium pro Ecclesia Pistoriensi.

(Anno 1144, Febr. 17.)

[ZACHARIA, *ibid.*, p. 229.]

CÆLESTINUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri ATTONI Pistoriensi episcopo, ejusque successoribus canonice promovendis in perpetuum.

Pistoriensis Ecclesia largiente auctore omnium bonorum Domino in Tusciæ partibus a longis retro temporibus hujus specialis prærogativæ munus obtinuit, ut sapientum et discretorum pastorum regimine præfulgeret, et tam in temporalibus quam in spiritualibus per eorum industriam gratum Domino susciperet incrementum. Eadem equidem et debita jucunditate lætamur, quoniam supernæ dispositionis providentia te, venerabilis frater Atto episcopo, sapientem utique virum et in religione pro-

batum ejusdem loci pastorem constituit, et ad gubernandum et instruendum doctrina et vitæ exemplo populum suum miseratio divina vocavit. Quanto ergo persona tua religiosior est, etiam præfata Pistoriensis Ecclesia, cui auctore Deo præsidet, existit beato Petro devotior, tanto ex injuncto apostolatus officio magis grata nobis incumbit necessitas, ut prænominatam Ecclesiam tibi a Domino commissam auctoritate apostolici privilegii muniamus, et ei jus suum libere et integre conservemus. Ad exemplar ergo prædecessorum nostrorum felicitis memoriæ papæ Paschalis et Innocentii Romanorum pontificum præsentis decreto statuimus, ut universa quæ in præsentiarum eadem Ecclesia juste et legitime possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum, etc. Plebem in Villiano, plebem S. Quirici, plebem de Spanareclo, plebem de Saturnana, plebem de Brandelio, plebem de Calloria cum omnibus capellis et decimationibus ad eas jure pertinentibus, plebem de Vinaciano, plebem de Seiano, plebem S. Pauli, plebem S. Hippolyti, plebem de Ajolo, plebem S. Justi, plebem de Colonica cum populo, et decimis, et cæteris ad eam jure pertinentibus, in prato plebem S. Stephani. Nulli ergo omnino, *ut infra in bulla Eugenii III anni 1152, III Id. Decembris.* Amen, amen.

Ego Cælestinus Catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.

Ego Conradus Sabinensis episcopus ss.

Ego Terudericus S. Rufinæ episcopus ss.

Ego Alberigus Ostiensis episcopus ss.

Ego Stephanus Prænustinus episcopus ss.

Ego Imatus Tusculanus episcopus ss.

Ego Petrus Albanensis episcopus ss.

Ego Guido presbyter cardinalis TT. S. Grisoni ss.

Ego Rainerius presbyter cardinalis TT. S. Priscæ ss.

Ego Petrus cardinalis presbyter TT. S. Suzzannæ ss.

Ego Ubaldus presbyter cardinalis TT. S. Praxedis ss.

Ego Goizo presbyter, cardinalis TT. S. Cæcilie ss.

Ego Thomas presbyter cardinalis TT. Vestinæ.

Ego Guldo presbyter cardinalis TT. S. Laurentii in Damaso.

Ego Rainerius presbyter cardinalis TT. S. Stephani ss.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi ss.

Ego Otto diaconus cardinalis S. Georgii ad Velum Aureum.

Ego Guido diaconus cardinalis Sanctorum Cosmæ et Damiani ss.

Ego Gherardus diaconus cardinalis S. Mariæ in Domnica.

Ego Guido in Romana Ecclesia altaris minister indignus.

Ego Joannes diaconus cardinalis S. Mariæ No-
væ ss.

Datum Laterani per manum Gerardi sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis ac bibliothecarii, XIII Kalendas Martii, indictione VII [VI], Incarnationis Dominicæ anno 1143, pontificatus vero domni Cœlestini papæ secundi anno primo.

XXXVII.

Privilegium pro ecclesia S. Mariæ Undersfordensis.

(Anno 1144, Febr. 18.)

[*Monum. Boic.*, X, p. 238.]

CŒLESTINUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis RICHARDO præposito ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Undinesdorf, ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

Desiderium quod ad religionis propositum et animarum salutem pertinere monstratur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis petitionibus clementer annuimus, et præfatam ecclesiam quæ a nobili viro Ottone comite palatino in proprio allodio fundata est, et sub censu unius bysantii nobis nostrisque successoribus annualiter persolvendo beato Petro oblata, præsentis scripti patrocinio, communimus; in primis siquidem statuantes ut ordo canonicus secundum B. Augustini Regulam perpetuis ibi temporibus inviolabiliter conservetur. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona eadem ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Christum vero, oleum Sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a diocæsano suscipietis episcopo, si quidem catholicus fuerit, et gratiam atque communionem sedis apostolicæ habuerit, et ea gratis et absque aliqua pravitate vobis voluerit exhibere; alioquin liceat vobis Catholicum quemcunque malueritis adire antistitem. Sepulturæ quoque libertatem præfatæ Ecclesiæ apostolica auctoritate donamus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, eamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in

extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant et apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Cœlestinus catholicæ Ecclesiæ episcopus

Datum Laterani per manum Gerardi sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis ac bibliothecarii, XII Kal. Martii, indict. VII, Incarnationis Dominicæ anno 1143, pontificatus vero domni Cœlestini II papæ anno primo.

XXXVIII.

Privilegium pro Ecclesia Strombergensi.

(Anno 1144, Febr. 19.)

[*LACOMBLET, Urkundenbuch*, I, p. 348.]

B CŒLESTINUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis WALTERO ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Stromberch præposito ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris regulariter substituendis, in perpetuum.

Apostolici moderaminis clementiæ convenit religiosos diligere, et eorum loca pia protectione munire. Dignum namque et honestati conveniens esse cognoscitur, ut qui ad Ecclesiarum regimen assumpti sumus eas et a pravorum hominum nequitia tueamur, et apostolicæ sedis patrocinio foveamus. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et præfatam ecclesiam in qua divino mancipati estis obsequio sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus; statuantes ut ordo canonicus secundum B. Augustini Regulam perpetuis ibi temporibus inviolabiliter conservetur. Præterea quascunque possessiones quæcunque bona eadem ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: curtem in Steintelberch cum suis pertinentiis; curtem in Mechitinheim cum suis pertinentiis; quiddam etiam in terris cultis, sive incultis, vineis, pratis, silvis, pascuis, molendinis, seu aliis bonis rationabiliter possidetis; decimas quoque totius montis in quo vestra ecclesia sita est, et omnium novalium quæ excoluntur intra terminum, videlicet intra marcham hominum habitantium in Winthere, et cætera omnia quæ ab Arnolde Coloniensi archiepiscopo vobis rationabili providentia concessa sunt similiter confirmamus. Sane laborum vestrorum quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus omnino clericus vel laicus decimas a vobis exigere præsumat. Advocatus autem vester nihil a vobis exigat, nec in bonis vel possessionibus vestris aliquam exactionem faciat, sed uno denario aureo Coloniensis monetæ sicut inter vos et ipsum statutum est in dedicatione vestræ ecclesiæ a vobis sibi au-

nuslitter persolvendo contentus existat. Liceat etiam vobis in communi interdicto ipsius episcopatus, clausis januis et exclusis excommunicatis vel interdictis, submissa voce divina officia celebrare. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, et quicumque se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat, salva tamen justitia matricis ecclesiæ. Ad indicium autem hujus a sede apostolica perceptæ protectionis tenacula libri nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prædictam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Colonien- sis archiepiscopi canonica justitia, et apostolicæ sedis reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Cælestinus catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.

Ego Conradus Sabinensis episcopus ss.

Ego Theodewinus S. Rufinæ episcopus ss.

Ego Albericus Ostiensis episcopus ss.

Ego Stephanus Prænestinus episcopus ss.

Ego Imarus Tusculanus episcopus ss.

Ego Petrus Albanensis episcopus ss.

Ego Gregorius presbyter cardinalis tit. Calixti ss.

Ego Guido presbyter card. tit. S. Grysgoni ss.

Ego Rainerius presbyter cardinalis tit. Sanctæ Priscæ ss.

Ego Goizo presbyter cardinalis tit. S. Cæciliæ ss.

Ego Hubaldus presbyter cardinalis tit. Sanctæ Praxedis ss.

Ego Thomas presbyter cardinalis tit. Vestinæ ss.

Ego Petrus cardinalis presbyter tit. S. Susannæ ss.

Ego Humbaldus presbyter card. tit. SS. Joannis Pauli ss.

Ego Guido presbyter card. tit. S. Laurentii in Damaso ss.

Ego Nicolaus presbyter card. tit. S. Cyriaci ss.

Ego Rainerius presbyter cardin. tit. Sancti Stephani de Cælio Monte ss.

Ego Mantredus presbyter cardinalis tit S. Savi- næ ss.

Ego Haribertus presbyter card. tit. Sanctæ Ana- stasiæ ss.

Ego Gregorius diaconus cardinalis SS. Sergii et Bacchi ss.

Ego Otto diaconus cardinalis S. Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Octavianus diaconus cardinalis S. Nicolai in Carcere Tulliano ss.

Ego Petrus diaconus cardinalis S. Mariæ in Aquirò ss.

Ego Petrus diaconus cardinalis S. Mariæ in Por- ticu.

Ego Rudolfus diaconus cardinalis Sanctæ Lucie subscr.

Ego Joannes . . . diaconus cardinalis S. Adri- ani ss.

Ego Gregorius diaconus cardinal. S. Angeli ss.

Ego Attaldus diacon. cardin. S. Eustachii juxta templum Agrippæ ss.

Ego Joannes diaconus cardinalis S. Mariæ Novæ subscr.

Ego Hugo Sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconus S. Lucie in Horphea ss.

Datum Laterani per manum Gerardi S. Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis ac bibliothecarii, xi Kalend. Martii, indictione vii, incarnationis Domini anno 1143, pontificatus vero domini Cælestini II papæ anno primo.

XXXIX.

Monachorum Vivensium et Camaldulensium contro- versiam dirimit.

(Anno 1144, Febr. 23.)

[MITTARELLI, *Annal. Camaldul.*, III, append., p. 406.]

CÆLESTINUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Bono priori de Vivo ejusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Apostolicæ sedis administratione nobis a Deo concessa compellimur, religiosorum fratrum scandala de medio tollere, et eorum paci et tranquillitati providere, ideoque controversiam, quæ inter vos et religiosos fratres Camaldulenses diutius agitata est, auditis hinc inde rationibus et diligenter inquisitis, communicato fratrum nostrorum consilio, hoc ordine duximus decidendam. Quia igitur locus ipse fere a principio suæ foundationis per Camaldulenses fratres in religione profecisse dignoscitur, ut vinculum charitatis inter vos conservetur, statuimus ut prior, qui in eodem loco pro tempore fuerit ordinandus, de ipsa congregatione, si idoneus ibi re- pertus fuerit, secundum B. Benedicti Regulam a fratribus ejusdem loci eligatur. Electus autem infra xl dies Camaldulensi priori de ordinis observan- tia obedientiam cum omni humilitate promittat. Si vero, quod absit! ibidem idoneus reperiri non pote-

rit, a fratribus de Vivo, de Congregatione Camaldulensi, sicut prædictum est, secundum Regulam eligatur. Cum autem prior et fratres Camaldulenses ad Vivum venerint, in choro, in refectorio, et dormitorio tanquam fratres communiter recipiantur, atque prior tam in capitulo quam in aliis præcipuum locum teneat, et quæ in ordine corrigenda fuerint, rationabili providentia corrigat, et statuenda stabi-
liat. Prior vero de Vivo ad anniversarium capitulum Camaldulensium fratrum vadat, et tanquam unus de majoribus prioribus ejusdem congregationis in loco quam in aliis honoretur. Si vero ipse et fratres sui aliquando Camaldulum venerint, tam in choro quam in aliis communiter in monasterio tractentur. Brevia vero mortuorum fratrum utrinque secundum Camaldulensis Congregationis consuetudinem recipiantur, et pro eis obsequia celebrentur. Si qua igitur in posterum ecclesiastica sæcularisve persona, hujus decreti nostri paginata sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Observantibus autem sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus hic fructus bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

FIAT PAX IN ✠ VIRTUTE TUA,
SANCTUS PETRUS, ✠ SANCTUS PAULUS
CELESTINUS ✠ PAPA II
ET ABUNDANTIA ✠ IN TURBIDIS TUIS.

Ego Cælestinus Catholicæ Ecclesiæ episcopus subs.

Ego Conradus Sabinensis episcopus subs.

Ego Stephanus Prænestinus episcopus subs.

Ego Petrus Albanensis episcopus subs.

Ego Thomas presbyter cardinalis tituli Vestinæ subs.

Ego Hubaldus presbyter cardinalis tit. Sanctæ Prædix subs.

Ego Manfredus presbyter cardinalis tit. Sanctæ Sabinæ subs.

Ego Gilibertus presbyter cardinalis tit. Sancti Marci subs.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi subs.

Datum Laterani per manum Gerardi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter cardinalis ac bibliothecarii, vii Kalend. Martii, indictione vii, Incarnationis Dominicæ anno 1143 pontificatus vero domni Cælestini II papæ anno primo.

Ego Vitalis notarius in audiendo et auscultando cum originali privilegio interfui et me subscripsi et meum signum apposui.

Ego Robertus notarius in audiendo et auscultando

A cum originali privilegio interfui et cum meo signo authenticavi.

Ego Octavius notarius hoc privilegium sumptum ab originali privilegio, nihil addendo vel minuendo, quod immulet sensum privilegii, subscripsi et publicavi in Idus Maii anno Domini 1218 indictione iv.

Actum in civitate Arretina feliciter coram suprascriptis notariis, scilicet Vitali et Roberto ad hoc convocatis.

XL.

Monasterii Ensdorsensis protectionem suscipit, bona confirmat, jura statuit.

(Anno 1144, Febr. 24.)

[RIED, Cod. diplom., I, 307.]

CÆLESTINUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis THIBOMO abbati Ensdorsensis Ecclesiæ, ejusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum.

Desiderium, quod ad religionis propositam et animarum salutem pertinere monstratur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter dilecti in Domino filii vestris justis postulationibus elementer annuimus, et præfatam ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti privilegio communimus, statuentes, ut quascunque possessiones, quæcunque bona eadem ecclesia impræsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis Deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Prohibemus autem, ut nulli fratrum, post factam ibidem professionem, absque abbatis totiusque congregationis permissione liceat ex eodem claustro discedere; discedentem vero absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere. Abbas vero, qui pro tempore fuerit, bona ipsius monasterii communi fratrum consilio libere disponat, et quod ibi corrigendum fuerit rationabiliter corrigat. Ut autem divino servitio liberius vacare possitis, prohibemus ut nullus unquam advocatus infra ambitum muri vestri, nisi ab abbate fuerit invitatus, placitum teneat. Sepulturam vero ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extremo voluntati, quicumque

se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat, salva tamen justitia matricis ecclesiæ.

Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus, ac sumptibus excolitis, nullus omnino a vobis decimas exigit. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat jam dictam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva diocesanæ episcopi canonica justitia et apostolicæ sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra

ca. temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Cælestinus, Catholicæ Ecclesiæ episcopus subs.

Ego Theodewinus Sanctæ Rufinæ episcopus subs.

Ego Thomas, presbyter cardinalis titulo Vestinæ, subs.

Ego Alpetrus, Albanensis episcopus, subs.

Ego Petrus, cardinalis presbyter titulo Sanctæ Susannæ, subs.

Ego Otto, diaconus cardinalis Sancti Georgii ad Velum Aureum, subs.

Ego Gerardus, diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Dominica, subs.

Ego Guido in Romana Ecclesia altaris minister, subs.

Ego Astaldus, diaconus cardinalis Sancti Eustachii juxta templum Agrippæ, subs.

Ego Joannes, diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ Novæ, subs.

Datum Laterani per manum Gerardi sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis ac bibliothecarii, vi Kalend. Martii, indictione vii, Incarnationis Dominicæ anno 1143, pontificatus vero domini Cælestini papæ II, anno primo.

Plumbum. Cælestinus PP. II.

XLI.

Ad canonicos S. Alexandri Bergomates.

(Anno 1144, Febr. 24.)

[Lupi, *Cod. diplom. Bergom.*, II, 1047.]

CÆLESTINUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis canonicis Sancti Alexandri Bergomensis, salutem et apostolicam benedictionem.

De discordia quæ inter vos et canonicos Sancti Vincentii agitur, paterno affectu dolemus, et ad pacem et concordiam inter vos reformandam libenter intendere volumus. Ideoque per præsentia vobis scripta mandamus quatinus proxima dominica qua legitur Pastor bonus duo ex vobis sapientiores et discretiores ad nostram præsentiam veniant, et ecclesiæ vestræ antiqua et moderna præcipue prædecessoris nostri bonæ memoriæ papæ Innocentii privilegia secum afferant; ut tunc inspectis privilegiis et auditis utriusque partis rationibus quod inter vos statuendum fuerit auctore Domino statuamus. De cætero dilectioni vestræ rogando mandamus ut æquanimiter feratis quod sacerdotibus

PATROL. CLXXIX.

A hac occasione interdictis sacerdotale officium restitutum.

Dat. Laterani vi Kalend. Martii.

XLII.

Monasterio Cluniacensis asserit ecclesiam S. Vincentii, concessam a Berengario episcopo Salmanticensi.

(Anno 1144, Febr. 24.)

[Mansi, *Concil.*, XXI, 594.]

CÆLESTINUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis PETRO Cluniacensi abbati ejusque fratribus, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum ex injuncto nobis a Deo apostolatus officio, universis Catholicæ Ecclesiæ filiis debitores existamus, vobis tamen qui sanctæ Romanæ Ecclesiæ specialius inlæretis, propensiori nos, convenit charitatis studio imminere. Ideoque tanquam specialibus B. Petri filiis paterna sollicitudine providere volentes, ecclesiam S. Vincentii de Salamantica, quam frater noster Berengarius ejusdem civitatis episcopus, assensu prioris ejusdem loci, et charissimi filii nostri A. regis Hispaniæ, canonice vobis concessit, per præsentis vobis scripti paginam confirmamus. Si quis autem hujus nostræ confirmationis paginam sciens, contra eam venire tentaverit, omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus, indignationem se noverit incursum.

Datum Laterani vi Martii.

XLIII.

Privilegium pro monasterio S. Mariæ de Bonosolatio.

(Anno 1144, Febr. 28.)

[UGHELLI, *Italia sacra*, III, 104.]

CÆLESTINUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis LANFRANCO abbati S. Mariæ de Bonosolatio ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, regulariter substituendis in perpetuum.

Quoniam sine vere culta Religionis, etc., usque permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: decimationes videlicet quas hactenus canonice possidetis; quod habetis in monte Caroso, et curte ejusdem castri; in petra Mensola, et curte in Aquarico, et quidquid habetis in valle de Garza. Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet irreptionis astutia vel violentia præponatur. Sed liceat vobis communi consilio, vel parti sanioris consilii secundum Dei timorem, et B. Benedicti Regulam absque ullius contradictione abbatem eligere. Clericos autem sive laicos liberos seculariter viventes ad conversionem suscipiendi absque alicujus contradictione facultatem et licentiam habeatis. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni, et extremæ voluntati quicumque se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat, salva tamen justitia matricis ecclesiæ. Ad iudicium autem hujus a sede apostolicæ perceptæ protectionis, XII dena-

riōs Lucensis monetæ nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvētis. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat idem monasterium temere perturbare aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integra cōserventur eorum, pro quorum gubernatione sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura; salva diœcesani episcopi canonica justitia et Apostolicæ sedis auctoritate. Si qua igitur, etc. Cunctis autem, etc. Amen.

Ego Cœlestinus Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Conradus Sabinensis episcopus.

Ego Petrus Albanensis episcopus.

Ego Petrus presb. card. tit. S. Cæcilie.

Ego Ubaldu presb. card. tit. S. Praxedis

Ego Guido presb. card. tit. S. Laurentii in Damaso.

Ego Manfredus presb. card. tit. S. Sabinæ.

Ego Aribertus presb. card. tit. S. Anastasiæ.

Ego Guido diac. card. SS. Cosmæ et Damiani.

Ego Rodulphus diac. card. tit. S. Lucie in Septasalis.

Ego Joannes diac. card. S. Mariæ Novæ.

Datum Laterani per manum Gerardi S. Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis, ac bibliothecarii iv Kalendas Martii, indictione x; Incarnationis Dominicæ ann. 1192 (7), pontificatus vero D. Cœlestini papæ II anno 1.

XLIV.

Ad Toletanum archiepiscopum. — Ut aliquot parochias restituat A. episcopo.

(Anno 1144, Febr. 26.)

[MANSI, *Concil.*, XXI, 594.]

Dilectus filius noster G., diaconus cardinalis et apostolicæ sedis legatus, sicut ab ipso accepimus, fratri nostro Asturicensi episcopo varia præcepit, ut parochias de Tepolis, et Caldellis venerabili fratri nostro M. Auricensi episcopo absque ulla conditione restituat. Ipse vero non tantum mandatum ipsius effectui minime mancipavit, sed in eisdem ecclesiis, ab eodem filio nostro pro contemptu et inobedientia interdictis, divina officia celebravit. Verum, quoniam ipsum viam universæ carnis ingressum esse accepimus, per præsentium tibi scripta mandamus quod easdem parochias, infra quadraginta dies postquam præsens scriptum susceperis, juxta mandatum ejusdem filii nostri præfato episcopo integre restitui facias. Facta vero restitutione, cum Asturicensis Ecclesia per Dei gratiam pastorem Catholicum obtinuerit, si quam in eisdem Ecclesiis se confidit habere justitiam, congruo loco, et tempore in tua præsentia utriusque partis causa audiatur, et sine debito terminetur. Quod si quis restitutionem ipsam temere impedire tentaverit, interdictum, quod prædictus filius noster cardi-

(7) Signa chronologica sunt corrupta.

nalis in eisdem ecclesiis possit, firmiter factum observari.

Datum Lat. iv Kál. Martii.

XLV.

Privilegium pro Monasterio Michaelfeldensi.

(Anno 1144, Febr. 28.)

[USSERMANN, *Episcopatus Bamberg. Prob.*, 95.]

COELESTINUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis ADELBERTO abbati ecclesiæ Michaelfeldensis ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum.

Religiosis desideriis dignum est facilem præbere consensum, ut fidelis devotio celere sortiatu effectum. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus elementer annuimus, et præfatam ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona eadem ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis Deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant.

Prohibemus autem ut nulli fratrum post factam ibidem professionem absque abbatis totiusque congregationis permissione liceat ex eodem claustris discedere, discedentem vero absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere. Abbas vero, qui pro tempore fuerit, bona ipsius monasterii communi fratrum consilio libere disponat, et quod ibi corrigendum fuerit rationabiliter corrigat.

Ut autem divino servitio liberius vacare possitis, prohibemus, ut nullus unquam advocatus infra ambitum muri vestri, nisi ab abbate fuerit invitatus, placitum teneat. Sepulturam vero ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati, quicumque se illic sepeliri desideraverint, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat, salva tamen justitia matricis ecclesiæ. Sane laborum restorum, quos infra Cellæ vestre pertinentiis propriis manibus colitis, nullus omnino a vobis decimas exigat. Choras autem vel sæculares strepitus, unde quis vestra perturbetur vel ordinis observantia infringatur, infra murum claustris vestri fieri prohibemus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat eandem ecclesiam tenere perturbare, etc.

Dat. Lat. per manum Gerardi sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri card. ac bibliothecarii, ii Kál. Martii, indict. vii, Incarnat. Dominicæ anno 1143 (8), pontificatus vero domini COELESTINI PP. II, anno primo.

(8) Corrig. 1144; nam priore illo mense necdum papa erat.

XLVI.

Ad Conradum Salzburgensem archiepiscopum.

(Anno 1144, Mart. 1.)

[MOICHELBEK, *Chronicon Benedictobar.*, p. 93.]

CÆLESTINUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri CONRADO Salzburgensi archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Burensium fratrum querelam accepimus, quodquidam Oudalricus nomine cum unica filia sua, et omnibus quæ habebat monasterio ipsorum se obtulit. Postea vero fracto voto ab eis discessit, et ad societatem Admontensium se transtulit. Et sicut ex litteris venerabilis fratris nostri Gwalteri Augustensis episcopi accepimus eadem causa in audientia tua ventilata est, et productis idoneis testibus, minime a tua fraternitate unde miramur, terminata. Quia igitur singulis suam volumus justitiam exhiberi per præsentia scripta fraternitati tuæ mandamus quatenus utraque parte ad tuam evocata præsentiam, causam ipsam diligenter audias et media æquitate debito sine terminare studeas.

Dat. Lat. Kalendis Martii.

XLVII.

Privilegium pro Ecclesia Insulana.

(Anno 1144, Mart. 3.)

[MIRÆI *Opp. diplom.*, IV, 15.]

CÆLESTINUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis DESIDERIO Insulanæ Ecclesiæ præposito et canonicis tam præsentibus quam futuris canonicè substituendis in perpetuum, salutem et apostolicam benedictionem.

Commissæ nobis apostolicæ sedis auctoritas. . . . Dilecti in Domino filii venerabilium fratrum nostrorum SIMONIS Noviomensis et MILONIS Morinensis episcoporum, nobilis quoque viri THEODORICI Flandrensis comitis precibus inclinato, postulationes vestras rationabiles elementer admittimus, et Insulanam Ecclesiam in honore B. Petri fundatam, sub ejusdem apostolorum principis et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communiinus; statuente, ut quascunque possessiones, quæcunque bona ecclesia in præsentiarum juste et canonicè possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium; seu aliis justis modis Deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. In eadem insula altare Sancti Stephani cum duabus partibus decimæ; altare Sancti Mauricii, et altare Sancti Salvatoris; altare de Leschin, cum duabus partibus decimæ; altare de Werwhic cum duabus partibus decimæ; altare de Anaspia cum duabus partibus decimæ; altare de Werlegbehem cum duabus partibus decimæ; altare Fleis, altare de Marca, quæ dicitur S. Amendi; altare de Wenesbrechies; altare de Perenchies; altare de Long-prato; altare de Quesnois, altare de Lombersart; altare de Ulmo, altare de Segedin, altare de Primeca; altare de Campingchem, altare

A de Rumb; altare de Hahuwin et de Bulbosca; altare de Lauba, altare de Huila; altare de Maclines, altare de Ghides. Duas partes decimæ de Debuliesmons, et duas partes decimæ de Wasemes, et duas partes decimæ de Rollers, et decimam partem omnium reddituum comitis Flandrensis ad insulam pertinentium. In Morinensi episcopatu altare de Flambertenges; altare de Drawa nultra. In Atrebatensi episcopatu altare de Moncellis.

Prohibemus quoque, ut parochiani vestri de insula, quandiu infra parochiam suam ecclesiasticam justitiam facere voluerint, sicut a longis retro temporibus fuisse dignoscitur, extra eandem parochiam exire non cogantur. Canonici vero ejusdem ecclesiæ sicut iustum et antiquum constitutum est infra claustrum suum commorentur.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temere perturbare aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodo profutura; salva diocæsani episcopi canonica justitia et apostolicæ sedis auctoritate. . . .

Ego Cælestinus catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Scripterunt etiam cardinales numero tredecim.

Datum Laterani per manum Gerardi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis ac bibliothecarii, v Nonas Martii, indictione VII, Incarnationis Dominicæ anno 1143, pontificatus vero domini Cælestini II papæ anno primo.

XLVIII.

Privilegium pro ecclesia Sanctæ Mariæ Magdalænæ.

(Anno 1144, Mart. 4.)

[*Mémoires et documents inédits de la Franche-Comté*, II, 317.]

CÆLESTINUS episcopus, servus servorum Dei, etc...

Confirmamus concessam a bonæ memoriæ Hugone Salinensi Bisuntino archiepiscopo, claustrum vestri et domorum ei ad hærentium libertatem et conductum in urbe, sicut in ejusdem archiepiscopi chirographo continetur. Confirmamus etiam possessiones quæ ab eodem fratre collatæ sunt, videlicet mansum armarii capellum cum furno et appendiciis suis vicum ad caput vestræ ecclesiæ a parte orientis inter mansum Sibonis et Varnerii et mansum Odonis a parte occidente, vicum a parte ejusdem civitatis usque ad resectorium vestrum a porta meridiana, terra quæ est a porta Arsenarum usque ad dormitorium canonicorum, sive vestita sit domibus aut vineis, sive vacua sit, nemo quod fetet juxta urbem.... Bisuntinam ecclesiam Sancti Jacobi infra arenas cum appendiciis suis, mansum Remigii supra dubium; mansum Constantini juxta molendinum in vico Baptenti, partem molendini Baptenti, redditus qui dicuntur Monaydas in torculari Naal, foragium vestræ terræ quod expugnavistis duella contra Hubaldum de Albans, terram ecclesiæ vestræ sive sit vestita vineis aut domibus, sive vacua sit, tres solidos censuales in pacto geac-

rali ex dono Stephani vicecomitis, decimos parochiæ vestræ, sicut eas hactenus canonicè possedistis antiquas quoque et rationabiles consuetudines ipsius ecclesiæ ratas manere censemus.

Datum Laterani per manum Gerardi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis ac bibliothecarii, iv Nonas Martii, indictione vii, Incarnationis Dominicæ anno 1143, pontificatus vero domni Cælestini II anno 1.

XLIX.

Privilegium pro Ecclesia Fesulana.

(Anno 1144, Mart. 6.)

[UGHELLI, *Italia sacra*, III, 242.]

CŒLESTINUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri JONATHÆ, Fesulano episcopo, ejusque successoribus canonicè substituendis in perpetuum.

Ex commisso nobis a Deo apostolatus officio, fratribus nostris, tam vicinis quam longe positis, paterna nos convenit provisione consulere, et Ecclesiis, quæ Domino militare noscuntur, suam justitiam conservare, ut, quemadmodum disponente Domino Patres vocamur in nomine, ita nihilominus comprobemus in opere. Hujus rei gratia, dilecte in Domino frater, preces tuas rationabiles clementer admittimus, et Fesulanam ecclesiam, cui Deo auctore præesse dignoceris, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona in præsentiarum juste et canonicè possides, aut in futurum rationabilibus modis, Deo propitio poteris adipisci, firma tibi tuisque successoribus, et per vos Fesulanæ Ecclesiæ, et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: monasterium sancti Bartholomæi, quod Fesulis situm est; monasterium S. Martini in Majano, monasterium S. Gaudentii in pede Alpibus, plebem S. Petri de Romena, plebem B. Petri de Cascina, plebem S. Joannis de Caprilia, plebem S. Leonini in Collina. Cæteras vero tam plebes, quam ecclesias, quæ Fesulanæ ecclesiæ juris esse noscuntur, castella quoque, villas, ac alias possessiones, sicut in privilegio prædecessoris nostri bonæ memoriæ Innocentii papæ nominatim vobis confirmata sunt, ordinationes etiam prædictorum monasteriorum, et baptismalium ecclesiarum, quæ Fesulanæ ecclesiæ subditæ sunt, nullus absque vestro assensu sibi usurpare præsumat. In capellis autem vestrarum plebium liberam ordinationem, et debitam obedientiam absque alienius contradictione plebani habeant, sicut per privilegium felicitis memoriæ Paschalis papæ eis concessum est, salva proprii episcopi debita reverentia. Partem vero decimarum, oblationum, testamentorum, et cæterorum reddituum ecclesiasticorum per vestrum episcopatum secundum statuta canonum vobis confirmamus, et ut nulla ecclesia in eodem episcopatu construatur, et constructa absque vestra licentia cuilibet subjiciatur interdiciamus, salva tamen in omnibus Romanæ sedis justitia et auctoritate. Decernimus ergo ut nulli om-

nino hominum liceat eandem ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel altas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur tibi et fratribus tuis, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur, etc. Cunctis autem, etc. Amen.

Ego Cælestinus Catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.

Ego Conradus Sabinensis episcopus subscripsi.

Ego Albericus Ostiensis episcopus subscripsi.

Ego Stephanus Prænestinus episcopus subscripsi.

Ego Hymarus Tusculanus episcopus subscripsi.

Ego Petrus Albanensis episcopus subscripsi.

Ego Raynerius presb. card. tit. Sanctæ Priscæ subsc.

Ego Gozzo presb. card. tit. sanctæ Cæcilie subsc.

Ego Thomas presbyt. card. tit. Vestinæ subsc.

Ego Nicolaus presbyt. card. tit. S. Cyriaci subsc.

Ego Manfredus presb. card. tit. S. Sabinæ subsc.

Ego Guido diaconus SS. Cosmæ et Damiani ss.

Ego Gerardus diac. card. S. Mariæ in Domnica subsc.

Ego Joannes diac. card. S. Mariæ Novæ subsc.

Datum Laterani per manum Gerardi S. Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis ac bibliothecarii secundo Nonas Martii, indict. vi, Incarnationis Dominicæ anno 1143, pontif. vero D. Cælestini papæ II anno 1, etc.

L.

Privilegium pro Ecclesia Ferrariensi.

(Anno 1144, Mart. 6.)

[COCQUELINES, II, 265.]

CŒLESTINUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri GRYPHONI Ferrariensi episcopo ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Ad hoc in apostolicæ sedis cathedra, disponente Domino, constituti esse conspiciuntur, ut Ecclesiarum omnium curam gerere, jus suum cuique tribuere, præsertim iis qui beati Petri juris existunt, conservare et integre debeamus. Ad exemplar itaque prædecessoris nostri bonæ memoriæ papæ Innocentii, juxta tenorem privilegiorum, Ferrariensium episcopum, a cardinalibus nostris eligendum, et a Romanæ sedis antistite consecrandum decrevimus; atque Ferrariensem Ecclesiam sub jure et dominio sedis apostolicæ hoc decreto manere sancimus. Te igitur, clero et populo Ferrariensi persistentibus ad instar prædecessorum nostrorum felicitis memoriæ, Vitaliani, Hadriani, Leonis, Benedicti, Joannis, Alexandri, Paschalis, et Innocentii, Romanorum pontificum sanctæ Ferrariensi Ecclesiæ, tanquam apostolicæ sedis filie fundos ejusdem matris et patrimonium confirmamus: ipsam videlicet massam Babylonicam, quæ vocatur Ferrara, cum duodecim fundis suis, cui alias undecim massas nostras minores cum omni obedientia atque servitute subrogamus; id est massam et ripam Palatiolum cum duodecim fundis suis

et Constantiacus cum duodecim fundis suis, simulque massam Quartislanam cum duodecim fundis suis, et totam et integram massam Donoro cum duodecim fundis suis, nec non massam Carulum, et massam Salertam cum viginti quatuor fundis suis, et massam Seneticam et Castilionem similiter cum fundis suis: similique modo massam quæ vocatur Fermignana cum omnibus fundis suis. Has quidem prædictas massas cum omnibus ad earum jura pertinentibus, de dominio et jure atque potestate hujus sanctæ Romanæ Ecclesiæ, in sanctum Ferrariensem Ecclesiam per hanc donationis et traditionis paginam donamus et tradimus, ut ab hac hora in antea liceat tam tibi, charissime frater Grypho episcopo, quam successoribus tuis in singulis massis ecclesiis cum clericis, presbyteris, diaconibus ordinare et consecrare; illud omnino sancientes, ut Ferrariensis Ecclesia cum tota parochia sua in jure et dominio ac privilegio nostræ sanctæ Romanæ Ecclesiæ beati Petri, cujus est patrimonium perpetuo conservetur, et sit semper sub nostra electione, ordinatione atque consecratione; ut quicumque per nos illic electus, ordinatus et consecratus fuerit, ille honoris ejus ac potestatis integritate fungatur. Comitatus autem Ferrariensis fines et termini sunt: ab oriente ab una parte fluminis Padi; altera nostra massa Phiscalia et veteraria: a veteraria usque ad fossam Bossonis transeunt flumen Sandali, usque Bucciletum; per Bucciletum transeunt flumen Gabianæ per Luduriam, circumdant villam Marazam et Madrariam pervenientes usque Maletum, a Maleto pergunt juxta Argilem Anxianam per paludes et piscarias usque Vitricam, venitur usque fossam Buranam et per fossam Buranam exeunt in Padum, et descendunt ad occidentem usque ad Ulmum formosam, quæ certa finis est inter Romaniam et Longobardiam; ab altera autem parte fluminis fines sunt similiter ab oriente collis de Sine, quæ finis est inter nostrum comitatum Ferrariensem, et alterum nostrum comitatum Comaclensem, et extendunt se per paludes et piscarias usque ad fossatum de Silvulæ, circumdant massam Corneti, et Longanum, quæ de nostro comitatu Ferrariensi est, descendunt inde ad occidentem per paludes et piscarias usque in flumen Tartari, et per ipsum flumen Tartari pergunt usque in flumen Padi.

Sane ab habitatoribus ipsius majoris massæ Ferrariæ, malas et pravas consuetudines removemus: nisi tamen sicuti soliti sunt, ad suffragium nostræ sanctæ Romanæ Ecclesiæ annualiter per illorum nuntium unaquæque libera persona, capitis massarii de moneta Venetiæ denarios singulos dabit. Census vero et tributum atque telonei de ripa et flumine unam medietatem pro benedictione ad communem utilitatem et meliorationem seu restaurationem, jam dictæ majoris massæ concedimus et alteram medietatem ad nostras manus reservamus; etiam unam, medietatem similiter telonei de mercato nobis conservamus et alteram medietatem præfato episcopo nostro condo-

namus. Placitum quidem generale similiter in dominio et potestate sanctæ Romanæ Ecclesiæ tenemus, ut ante nostrum nuntium semel in anno faciendo justitiam ab omnibus per tres dies custodiatur. Collectam vero vel fodrum, vel parvam, aut injustam functionem, aut dationem seu consuetudinem nequamquam exigimus, sed omnia pro Dei timore atque amore præfate nostræ sanctæ Ecclesiæ Beati Georgii omnibus habitatoribus ipsius majoris massæ peperimus, aliosque minores massas, et sicut supradictum est, cum omnibus servitutibus suis subjugamus. Præterea quascunque ecclesias, et possessiones, quæcunque etiam bona, quæ in præsentiarum juste et canonice possides, aut in futurum rationabiliter, Deo propitio poteris adipisci, firma tibi tuisque successoribus, et per vos Ferrariensi Ecclesiæ, illibata permaneant: in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: plebem Sancti Georgii, de ultra Padum, plebem Sanctæ Mariæ de Pado, plebem Sancti Georgii de Tamara, plebem Sanctæ Mariæ de Gabiano, plebem Sanctæ Mariæ de Vicoventia, plebem Sancti Petri de Cupario, plebem Sancti Stephani de Formignana, plebem Sancti Apollinaris de Friscallo, plebem Sancti Martini de Rupina, plebem Sanctæ Mariæ de Vicobariono, plebem Sanctæ Mariæ de Septempolicinio, plebem Sancti Stephani de Caligo, plebem Sancti Donati de Peduvio, plebem Sancti Antonini de Picazolio, plebem Sancti Georgii de Trecenta, plebem Sanctæ Mariæ de Cinisello, plebem Sancti Michaelis de Bregantio, cum capellis et earum pertinentiis: salva in omnibus apostolicæ sedis auctoritate.

Si qua sane ecclesiastica sæcularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, et aut Ferrariensem Ecclesiam his quæ supra dicta sunt diminuere, aut sanctæ sedis apostolicæ sua in eis jura, quæ superius significata sunt, auferre præsumperit, pœnam et compositionis nomine reddat eidem sanctæ sedi apostolicæ auri optimi libras centum: et nisi quæ male præsumpta sunt, satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eisdem ecclesiis justa servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Cælestinus catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Guido presbyter cardinalis Sancti Chrysogoni.

Ego Rainerius presbyter cardinalis tit. S. Priscæ.

Ego Goizo presb. card. tit. Sanctæ Cæcilie.

Ego Thomas presb. card. tit. Sanctæ Vestinæ.

Ego Ubaldus presb. card. tit. Sanctæ Praxedis.

Ego Gilibertus presb. card. tit. Sancti Marci.

Ego Nicolaus presb. card. tit. Sancti Cyriaci.
 Ego Manfredus presbyt. cardin. tit. S. Sabinæ.
 Ego Conradus Sabinensis episcopus.
 Ego Theodewicus Sanctæ Rufinæ episcopus.
 Ego Albertus Ostiensis episcopus.
 Ego Imarus Tusulanus episcopus.
 Ego Petrus Albanensis episcopus.
 Ego Georgius diaconus SS. Sergii et Bacchi.
 Ego Gerardus diae. card. S. Mariæ in Dominica.

A Ego Joannes diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ Novæ.

Ego Joannes Paparo diae. cardin. S. Adriani.

Datum Laterani per manum Gerardi sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis ac bibliothecarii, ii Nonas Maii, indictione vii, Incarnationis Dominicæ anno 1144, pontificatus vera domni Cælestini II papæ anno primo.

ANNO DOMINI MCXLV

LUCIUS II PAPA

NOTITIA

(Mansi, *Concil.* t. XXI, col. 607)

Lucius, cui Gerardi nomen fuerat, patre Alberto cive Bononiense ex Caccianimica familia genitus, vir pro mansuetudine et humilitate sua, iudicio Ottonis Frisingensis, officia sacerdotali dignus, ex cardinale tituli Sanctæ Crucis in Jerusalem factus est pontifex anno Domini 1144, tempore Conradi Imperatoris. De quo ex Vaticano codice ista Baronius: « Hic fuit ex provincia Æmiliæ, patria Bononiensis, ex patre Viseo. Hic assumptus est a domino papa Honorio in titulo Sanctæ Crucis, et creatus Romanæ Ecclesiæ bibliothecarius; suamque Ecclesiam, sicut bonus pastor, tam in ædificiis quam in possessionibus multum ac plurimum augmentavit, et divitem de pauperrima fecit. Fabrica autem ipsius ecclesiæ a summo usque deorsum in mellus reformata, et claustrum cum omnibus officinis de novo ædificavit, et conventum ibidem canonicorum regularium, Deo auctore, constituit. » Hunc autem præclarum virum pro scientia et vitæ suæ meritis papa Innocentius post mortem Haimericæ cancellariæ arctius sibi astrinxit, et cancellarium apostolicæ sedis constituit, atque in obitu suo, tanquam præcipuo et digniori ecclesiæ membro, bona ecclesiæ commisit. Hic tanquam vir prudens et fortis, habito cum Ecclesiæ fidelibus consilio, senatores, qui contra prohibitionem prædecessoris sui papæ Innocentii Capitolium conscendere, senatum abjurare coegit. Quas, cum Rogerio Siciliæ rege belli inducias inliverit, indicat ejus epistola quam ad Petrum Cluniacensem scripsit. « Gravem a civibus persecutionem passus, ait Frisingensis lib. vii, cap. 31, humiles ad regem Conradum, tam suam oppressionem continen-

tes, quam de incolumitate et prosperitate ejus Deo gratias agentes, ipsumque ad patrocinium Romanæ Ecclesiæ invitantes, litteras mittit. » Et paulo postquam recitasset fragmentum commemoratæ epistolæ, ait: « De die in diem animam justis affigere non timuerunt. » Ipse autem quotidianis cruciatibus ætædio vitæ affectus, infra anni spatium pontificatus sui, diem obiit, quinto Kalendas Martii, cum sedisset menses undecim, dies vero quatuordecim. In codice Vaticano, qui inscribitur De privilegiis Romanæ Ecclesiæ, inter res gestas Lucii, ait Baronius, de occasione obitus ejus asseritur, ipsum cum Romanos ad nova studia concitatos a Capitolio depellere conaretur, incerto lapidis ictu percussus, inde ærotasse, et ex hac vita migrasse. Hujus pontificis tempore, Alphonsus Portugaliz dux, pietatis erga suum ducatum constituit Romanæ Ecclesiæ vectigalem, annuo censu unciarum auri quatuor. Ita Innocentius III epistola 100 lib. i epistolarum. Atque ita Romanis Romanæ Ecclesiæ rebellantibus et adversantibus, principes longe positi eandem venerantes, ubi sese sponte subjiciunt. Hujus pontificis diebus, scribit Otto Frisingensis De gestis Friderici lib. i, cap. 27 et 28. Arnoldus, alias Arnaldus, quidam religionis habitum habens, sed eum minime, ut ex doctrina ejus patuit, servans, ex ecclesiastici honoris invidia urbem Romam ingreditur, ac senatoriam dignitatem equestremque ordinem renovare ad instar antiquorum volens, totam pene Urbem ac præcipue populum adversus pontificem suum concitavit, eaque de re litteras, quas idem Otto loco supradicto refert, ad Conradum imperatorem dederunt. Sectatores hujus